Capillorum Veneris drachmas quindecim.
Jujubas N° triginta.
Sem. Lactucæ uncias quinque.
Malvæ & Cydoniorum in linteo raro ligatorum, ana ſeſquidrachmam:
Glycyrrhizæ drachmas quinque.

Aquæ limpidæ libras octo.
Coque ſ. a. & Colaturæ libris tribus injice
Sacchari clarificati libras duas.
Fiat Syrupus ſ. a.

## SYRUPUS MELISSO-PHYLLI.

℞ Corticum radicum Bugloſſi unciam unam.
Rad. Dictamni albi,
Pentaphylli,
Scorzoneræ ana, ſemunciam.
Fol. Meliſſophylli,
Scabioſæ,
Succiſæ,
Florum Bugloſſi utriuſque,
Roriſmarini, ana manipulum unum:
Sem. Oxalidis,
Citrii Mali,
Fœniculi,
Cardui benedicti,
Ocimi, ana drachmas tres:

His diem integrum macerandis affunde aquæ fontanæ tepentis libras quatuor. Coque in *B M.* dein liquoris validè expreſſi & clarificati libris tribus ſemis, adde ſucci meliſſæ depurati, Aquæ roſarum rubrarum, ana libram dimidiam, Sacchari cryſtallini libras quatuor. F. Syrupus in *B. M.*

## SYRUPUS DE MENTHA.

℞ Succi Cydoniorum dulcium, & acido-dulcium,
Succi granatorum dulcium, & acidorum, ana ſeſquilibram.
Menthæ ſiccæ ſelibram.
Roſarum rubrarum uncias duas.

Miſceri macerarique patere in ſequentem diem: tum coque in *B. M.* ad medias, & cola; Saccharóque injecto ad libras quatuor, fiat Syrupus ſecundùm artem; non aromatizandus, niſi Medicus imperaverit.

## SYRUPUS DE MUCILAGINIBUS.

℞ Sem. Althææ,
Malvarum,
Cydoniorum, ana unciam unam:
Gummi Tragacanthæ, in nodulo incluſi, drachmas tres.
Horum perfuſioni ſex horæ concedantur in decocto tepido
Malvarum,
Sem. Papav. albi, &
Granorum Alkekengi.

Tum exprimatur Mucilago ad ſeſquiunciam; ex qua, cum decocti prædicti unciis tribus, Sacchari albiſſimi unciis duabus, fiat Syrupus ſecundùm artem.

SYRU-

## SYRUPUS MYRTINUS.

℞ Baccarum Myrti, uncias duas cum ſemiſſe.
Santali albi & rubri,
Sumach,
Balauſtiorum,
Baccarum Oxyacanthæ,
Roſar. rubrarum, ana ſeſquiunciam:
Meſpilorum conciſorum libram dimidiam.
Contunde, & coque in aquæ claræ libris octo ad quatuor: Has cola, & adauge
Succi Cydoniorum,
Granatorum acidorum, ana unciis ſex.
Injecto demum Saccharo ad libras quatuor, percoque in Syrupum, addendo ſub finem ſuccos.

## SYRVPVS FLORVM NYMPHÆÆ SIMPLEX.

℞ Partium albiſſimarum florum Nymphææ albæ, libram unam.
Sex Septémve horis marceſcant in aquæ calidæ libris tribus; dein bulliant parum, & exprimendo colentur. Abjecto magmate, idem denuò injice florum recentium pondo; itémque tertiò, cum pari maceratione, & expreſſione. Colatura noviſſima clarificetur; eique ſacchari tantundem addendo, fiat ſyrupus in *M. B.* ſ. a.

## SYRUPUS Fl. NYMPHÆÆ COMPOSITUS.

℞ Florum albiſſimor. Nymphææ recentium libram dimidiam.
Violarum uncias duas.
Folior. Lactucæ manip. duos.
Sem. Lactucæ,
Portulacæ,
Cucurbitæ, ana ſemunciam.
Coquantur in aquæ puræ libris quatuor, ad unius abſumptionem.
Expreſſo adde
Aquæ roſar. rubrar. libram mediam.
Sacchari albi cocti & clarificati libras quatuor.
F. Syrupus in *B. M.*

## SYRUPUS DE PAPAVERE ERRATICO, SIVE RUBRO.

℞ Florum recentium Papaveris erratici libras duas.
His affunde aquæ fontanæ calentis libras quatuor.
Poſtridie exprimantur, factáque nova florum recent. infuſione, fiat colatura clara, coquenda in *B. M.* in Syrupum cum Sacchari, ad colaturam, pondere æquali.

## SYRVPVS DE PILOSELLA.

℞ Piloſellæ manipulos tres.

Rad.

Rad. Alchimillæ unciam unam & dimidiam.
Conſolidæ majoris,
Rubiæ,
Dictamni albi,
Tormentillæ,
Biſtortæ, ana unciam unam.
Herb. Pyrolæ,
Caudæ equinæ,
Hederæ terreſtris,
Plantaginis,
Ophiogloſſi,
Fragariæ;
Hypericonis cum floribus,
Virgæ aureæ,
Agrimoniæ,
Betonicæ,
Pimpinellæ,
Caryophyllatæ,
Quinquefolii majoris,
Caulium rubrorum,
Balauſtiorum,
Roſar. rubrarum, ana manipulum unum.

Coque in aquæ plantaginis libris ſex paulatim ad medias.

Deinde fiat cum forti expreſſione colatura; cui clarificatæ per ſubſidentiam adde
Mucilaginis Gumm. Tragacanthæ,
Sem Pſyllii,
Althææ,
Cydoniorum, ſeorſum in aqua fragariæ, & Betonicæ, extractæ, ana uncias tres.
Sacchari albiſſimi libras duas.

Simul coque ad melleam conſiſtentiam.

## SYRUPUS INFUSIONIS FLORUM PÆONIÆ.

Omnimodè paretur ut Syrupus infuſionis florum Caryophyllorum.

## SYRUPUS DE PÆONIA COMPOSITUS.

℞ Radicis recentis utriuſque Pæoniæ plenilunio extractæ; &, poſt diſſectionem in taleolas, in vino albo odorifero, ſpatio integri diei, infuſæ, ana unciam unam & dimidiam.
Contrayervæ ſemunciam.
Sileris montani drachmas ſex.
Ungulæ Alcis unciam unam.
Herb. Roriſmarini cum floribus manipulum unum.
Betonicæ,
Hyſſopi,
Origani,
Ivæ arthriticæ,
Rutæ, ana drachmas tres:
Ligni Aloes,
Caryophyl. aromaticorum,
Sem. Cardamomi minor. ana drachmas duas:
Zingiberis,
Spicæ Nardi, ana drachmam unam:
Stœchados,
Nucis Moſchatæ ana drachmas duas cum ſemiſſe.

Poſt unius diei tepidam digeſtionem, in aquæ deſtillatæ radicum pæoniæ libris ſex, coque in *B.M* ad libras quatuor.

In

In colaturam, mediante Manicâ factam, injice ſacchari albiſſimi libras quatuor cum dimidia, & percoque in Syrupum, in *B. M.*

## SYRUPUS DE POMIS alterans.

℞ Succi Malorum odoriferorum libras quatuor,
Fol. Bugloſſi domeſtici & ſylveſtris,
Flor. Violarum, ana lib.
Coque in *B. M.* & depura; additiſque ſacchari puriſſ. libris ſeptem, Aquæ roſarum librâ unâ, recoque in ſyrupum ſecundùm Artem.

## SYRUPUS DE PRASIO.

℞ Fol. Praſii albi recentis uncias duas.
Rad. Glycyrrhizæ,
Polypodii quercini,
Apii,
Fœniculi, ana ſemunciam.
Fol. Adianthi albi,
Origani,
Hyſſopi,
Calaminthæ,
Thymi,
Scabioſæ,
Satureiæ,
Tuſſilaginis, ana drachmas ſex.
Sem. Aniſi,
Cydonior. in nodulo incluſ. ana drachmas tres.
Uvarum paſſarum exacinatarum uncias duas.
Caricas pingues N° decem.
Digeſtione diem integrum in Hydromelitis diluti calentis libris octo peractâ, coque in *B. M.* factaque validâ expreſſione, colaturæ claræ libris quinque addantur
Mellis deſpumati, &
Sacchari albi clarifici, ana libræ duæ. F. Syrupus in *B. M.* condiendus
Rad. Iridis Florentinæ unciâ unâ.

## SYRUPUS DE QUINQUE RADICIBUS.

℞ Radic. Ruſci,
Fœniculi,
Aſparagi,
Petroſelini,
Apii, ana uncias duas.
Aquæ fontanæ libras ſex.
Digerantur calidè, dein bulliant in *B. M.* Liquoris validè expreſſi, & clarificati libris quatuor adde Aceti uncias octo, Sacchari albiſſ. libras quinque cum dimidia.
Conficiatur Syrupus in *B. M.* ſ. a. N.B. adde postea Acetum

## SYRUPUS RAPHANI COMPOSITUS.

℞ Rad. Raphani domeſtici,
Sylveſtris ana unciam unam.
Saxifragæ albæ,
Ruſci,
Leviſtici,

Eryngii,

Eryngii,
Ononidis,
Petroſelini,
Fœniculi, ana ſemunciam.
Fol. Betonicæ,
Pimpinellæ ſaxifragæ,
Pulegii,
Cymarum urticæ urentis,
Naſturtii aquatici,
Crithmi,
Callitrichi, ſive Capill. Veneris, ana manip. unum.
Fructuum Halicacabi,
Jujubarum, ana paria decem.
Sem. Ocimi,
Bardanæ majoris,
Petroſelini Macedonici,
Seſeleos,
Carui,
Dauci Cretici,
Lithoſpermi,
Cort. rad. Capparis, ana drachmas duas.
Uvarum paſſarum, demptis vinaceis,
Glycyrrhizæ, ana drachmas ſex.

Macerentur diem integrum in aquæ font. calentis libris decem; tum deſtillentur in *B M.* educendo aquæ libras ſex; quibus immergantur, Cinnamomi uncia una, nucis Moſchatæ uncia dimidia. Dein magma valide exprimatur, & colaturæ claræ, q. ſ. adjiciantur Sacchari candidi libræ quatuor; mellis opt. libræ duæ. Ad tabulati conſiſtentiam coquantur; demum addendo aquam priùs deſtillatam, F. Syrupus in *B. M.* ſ. a.

## SYRUPUS REGIUS, aliàs, JULAPIUM ALEXANDRINUM.

℞ Aquæ Roſarum rubrarum libras quatuor.
Sacchari albiſſimi libram unam.
Fiat ex Arte Julapium.

## SYRUPUS DE ROSIS SICCIS.

℞ Aquæ fontanæ libras quatuor:
Ferveſcat; partitímque in eadem macera
Flor. Roſarum rubrarum in Sole celeriter ſiccatorum libram dimidiam.
Poſtero die fiat expreſſio; admiſtíſque Sacchari libris duabus.
Fiat coctio in ſyrupum ſ. a.

## JULEPUM ROSATUM.

Paratur prorſus ut Syrupus Regius, ex aqua Roſarum pallidarum.

## SYRUPUS SCABIOSÆ.

℞ Rad. Enulæ campanæ,
Polypodii quercini, ana uncias duas:
Paſſularum majorum enucleatarum unciam unam.

Sebeſten

Sebeſten Nº viginti.
Fol. Tuſſilaginis,
Pulmonariæ,
Satureiæ,
Calaminthæ, ana ſeſquimanipulum.
Glycyrrhizæ mundatæ ſemunciam.
Tabaci Hiſpanici optimi,
Sem. Urticæ urentis, ana drachmas tres.
Coquantur omnia in *B. M.* (Radicibus duabus primis vino albo pridie immerſis) in q. ſ. aquæ mulſæ dilutæ; dein libris quatuor validè expreſſis, & clarificatis adde
Succi Scabioſæ depurati, uncias quatuor ſemis,
Sacchari albiſſ. libras quinque.
Fiat ſyrupus ſ. a. in *B. M.* alterandus
Spir. Sulphuris per Campanam guttis viginti.

## SYRUPUS DE SCOLOPENDRIO.

℞ Fol. Scolopendrii manipulos tres.
Rad. Polypodii è Quercu,
Utriuſque Bugloſſi,
Cort. Rad. Capparum,
Tamariſci, ana uncias duas.
Lupi ſalictarii,
Cuſcutæ,
Capill. Veneris,
Meliſſophylli, ana manipulos duos.
Aquæ fontanæ libras novem.
Macerentur & coquantur in *B. M* liquoriſque expreſſi ac colati, libris quinque, adde
Sacchari albi libras quinque ſemis.
Fiat ſyrupus in *B. M.* ſecundùm Artem.

## SYRUPUS DE STOECHADE.

℞ Florum Stœchados, uncias quatuor,
Roriſmarini, ſemunciam.
Herb. Thymi,
Calaminthæ,
Origani, ana ſeſquiunciam.
Salviæ,
Betonicæ, ana ſemunciam.
Sem. Rutæ,
Pœoniæ,
Fœniculi, ana drachmas tres.
Facta unius vel alterius diei digeſtione, coquantur in *B. M.* cum aquæ font. tepidæ q. ſ. Exprimantur, & colaturæ claræ libris quinque addantur Sacchari albiſſ. libræ quinque cum dimidia.
Fiat ex arte Syrupus in *B. M.* cui condiendo addantur guttulæ aliquot olei Cinnamomi.

## SYRUPUS DE SYMPHYTO.

℞ Rad. & Cymarum
Symphyti majoris,
minoris, ana manipulos tres,

Flor. Roſarum rubrarum,
Fol. Betonicæ,
Plantaginis,
Pimpinellæ,
Polygoni,
Scabioſæ,
Tuſſilaginis, ana manipulos duos.

E tuſis omnibus recentibus exprimatur ſuccus; cui (inter coquendum deſpumato, & poſtea colato) ſacchari tantundem addendum eſt, ut fiat Syrupus ſecundùm Artem.

## SYRUPUS VIOLARUM.

℞ Florum Violarum recentium mundat. libram unam.
Aquæ puræ ferventis libras duas ſemis.

Arctè claude in Olla invitreata nova, per integrum diem: dein exprime per prelum: in expreſſi libris duabus diſſolve, ad Balnei calorem,
Sacchari puriſſ. libras quatuor.
Spuma emergens auferatur, fiátque, ſine coctione, Syrupus ſ. a.

## SYRUPUS è SUCCO VIOLARUM.

Paratur ex ſucco expreſſo, cum duplo, minimùm, Sacchari, ut prior, in Balneo, abſque coctione.

## JULEPUM VIOLARUM.

Fit ex aqua Florum Violarum & Saccharo; ſervatâ, ut in Julepo Roſarum, proportione.

SYRUPI

# SYRUPI PURGANTES.

## SYRUPUS DE CICHORIO CUM RHABARBARO.

℞ Hordei integri,
Rad. Apii,
Fœniculi,
Aſparagi, ana uncias duas.
Herb. Cichorii,
Taraxici,
Endiviæ,
Cicerbitæ, ſive Sonchi lævis, ana manipulos duos.
Lactucæ domeſticæ,
Hepaticæ,
Fumariæ,
Summitatum Lupuli, an. manipulum unum.
Capil. Veneris,
Adianthi albi, ſeu Rutæ murariæ,
Ceterach, ſeu Aſplenii,
Glycyrrhizæ,
Sem. Alkekengi,
Cuſcutæ, ana drachmas ſex.

His coquendis ſume aquæ fontanæ libras duodecim, quatuórque inſume.

In colato liquore dilue, & coque Sacchari albi libras ſex: additis, ſub finem,
Rhabarbari unciis Duodecim
Spicæ Nardi drachmis ſex, unà ligatis in laxo tenuíque ſacculo; qui primùm macerandus eſt in calente decocto; & ſæpius exprimendus, ut fiat Syrupus ſecundùm Artem.

## SYRUPUS DE EPITHYMO.

℞ Epithymi drachmas viginti.
Myrobalanorum { Citrinarum,
Indarum, an. drachmas quindecim.
Emblicarum,
Belliricarum, }
Rad. Polypodii,
Glycyrrhizæ,
Agarici,
Herb. Thymi,
Calaminthæ,
Bugloſſi,
Stœchados, ana drachmas ſex.
Cuſcutæ,
Fumariæ, ana drachmas decem.
Roſarum rubrarum,
Sem. Fœniculi dulcis,
Aniſi, ana drachmas duas cum ſemiſſe.
Prunorum dulcium paria decem.
Uvarum paſſarum, demptis vinaceis, uncias quatuor.
Tamarindorum, uncias duas cum dimidia.

Poſt viginti quatuor horarum macera-

macerationem in aquæ fontanæ libris decem, fiat decoctio ad ſex.

Dein remotis ab igne, & expreſſis, adde

Sacchari puri libras quinque; &

Fiat Syrupus ſ. a.

## SYRUPUS è FLORIBUS PERSICORUM.

℞ Florum Perſicorum recentium libram unam.

Macerentur, toto die, in aquæ tepidæ libris tribus: deinde exprimantur. Iteretur hoc quinquies in eodem liquore.

Cujus poſtremùm colati libris tribus admiſce

Sacchari optimi libras duas ſemis,& percoque in Syrupum in *B. M.* ſ. a.

## SYRUPUS DE POMIS PURGANS.

℞ Succi Pomorum fragrantium libras duas.

Boraginis,

Bugloſſi, ana libram unam ſemis.

Foliorum Senæ mundat. uncias duas.

Sem. Aniſi ſemunciam.

Croci drachmam unam.

Sena & Aniſum macerentur in ſuccis depuratis; elapſiſque viginti quatuor horis, fiat, poſt unam atque alteram ebullitionem, colátura. Huic adde

Sacchari albi libras duas, & (Nodulo ex præſcripto Croco ſæpius inter coquendum expreſſo) fiat Syrupus ſecundùm Artem.

## SYRUPUS DE POMIS MAGISTRALIS.

℞ Succi & Aquæ Pomorum odoriferorum, ana libram unam & ſemis.

Succi & Aquæ Boraginis, & Bugloſſi, ana uncias novem.

Foliorum Senæ orientalis mundatæ ſemilibram.

Sem. Aniſi,

Fœniculi dulcis, ana drachmas tres.

Epithymi Cretenſis, uncias duas.

Agarici albiſſimi,

Rhabarb. opt. ana ſemunciam.

Zingiberis,

Macis, ana ſcrupulos quatuor.

Cinnamomi ſcrupulos duos.

Croci ſemidrachmam.

Rhabarbarum cum Cinnamomo ſeorſum perfunde

Vini albi,

Succi Pomorum, ana unciis duabus.

Reliquis, præter Crocum, in ſuprà memoratis aquis, ut decet, maceratis, poſtridie affunde Succos: hiſque ſimul lento igne deſpumatis, colatiſque per manicam injice

Sacchari albi libras quatuor.

Tunc coque in Syrupum: factâ ſubinde Croci in panno lineo ligati expreſſione; additóque tandem Rhei infuſo, & ſubſequente

quente levi ebullitione; ut Syrupi modus conſervetur.

## SYRUPUS DE RHABARBARO.

℞ Rhabarb. optimi,
Folior. Senæ, ana uncias duas ſemis.
Florum violarum, manipulum unum.
Cinnamomi, ſeſquidrachmam.
Zingiberis, ſemidrachmam,
Aquarum Betonicæ,
Cichorii,
Bugloſſi, ana ſeſquilibram.
Tepidè miſceantur totâ nocte.
Colatura matutina decoquatur in Syrupum, cum
Sacchari puri libris duabus.
Syrupi Roſacei ſolutivi, poſtremum addendi, unciis quatuor.

## SYRUPUS ROSACEUS SOLUTIVUS.

℞ Aquæ fontanæ ferventis libras quatuor.
Foliorum Roſarum Damaſcenarum recentium, quanti facilè capax eſt prædicta aqua.
Fiat, per horas duodecim, clauſo vaſe, perfuſio; mox fortis expreſſio: in hac denuo calefacta, nova & æqualis recentium Roſarum maceratio.
Iteretur ter, quaterve; auctâ ſemper quantitate Roſarum recentium ad illam liquoris expreſſi, qui ſingulis vicibus ferè tertiâ parte augeatur. Quo peracto; ex hujus liquoris partibus ſex,
Sacchari albi partibus quatuor.
Fiat Syrupus in *B. M.* ſ. a.

## SYRUPUS è SUCCO ROSARUM.

Paratur ſine maceratione, è ſucco ſolo expreſſo foliorum Roſarum Damaſcenarum; habitâ ſacchari ad ſuccum (qui depurandus eſt) pari, ut ſuprà, proportione.

## SYRUPUS ROSACEUS SOLUTIVUS CUM AGARICO.

℞ Agarici in partes tenues diſſecti unciam unam.
Zingiberis conciſi, drachmas duas.
Salis Gemmæ, drachmam unam.
Polypodii craſſiuſculè contuſi uncias duas.
Irrorata vino albo, perfundantur biduo, ſuper cineres calidos, infuſionis Roſarum Damaſcenarum præſcriptæ, librâ unâ ſemis.
Expreſſo adde
Sacchari libram unam.
Coque in Syrupum ſ. a.

## SYRUPUS ROSACEUS SOLUTIVUS CUM ELLEBORO.

℞ Corticum Myrobalanorum omnium

omnium, ana uncias quatuor.
Epithymi,
Rad. Polypodii, ana uncias ſex.
Glycyrrhizæ uncias quatuor.
Sem. Citri uncias duas.
Caryophyllorum unciam.

Inciſa & craſſiuſculè contuſa immittantur in cucurbitam vitream, iiſque affundantur Infuſionis roſarum jam dictæ, libræ duodecim. Digerantur horas 24. Tum F. Deſtillatio, donec tres circiter libræ remanſerint. Reſiduus liquor cum ſpeciebus validè exprimatur, & cum albumine ovi clarificetur. Dein

℞ Fol. Senæ uncias ſex.
Rad. Ellebori nigri, drachmas ſex,
Rhabarbari opt. uncias duas.

Præparata binâ vel trinâ infuſione, coctione & expreſſione, extrahantur cum prædicta aquâ ſtillatitiâ, & clarificata, cum ſuperiore colatura aſſervata, additiſque ſacchari candidi clarificati libris quinque. F. Syrupus in *B. M.* ſ. a.

## SYRUPUS ROSACEUS SOLUTIVUS CUM SENA.

℞ Fol. Senæ mundator. uncias ſex.
Sem. Carui,
Fœniculi dulcis, ana drachmas tres.

Conſperſa priùs vino albo, macerentur, per biduum, in Infuſionis ſæpius dictæ Roſar. Damaſcen. libris tribus.

Cola dein, & coque cum Sacchari albi libris duabus in Syrupum.

## SYRUPUS DE SPINA CERVINA.

℞ Succi baccarum maturarum & recentium Spinæ Cervinæ, menſe Septembri collectarum, libras duas. Depuretur per ſubſidentiam; tum adde
Cinnamomi,
Nucis Moſchatæ, ana drachmas tres.

Macerentur in *B. M.* diei ſpatio, dein F. Expreſſio valida; addendóque ſacchari albi ſeſquilibram F. Syrupus in *B. M.* ſ. a.

# MELITA & OXYMELITA.

## MEL ANTHOSATUM.

℞ Florum Roriſmarini recentium libram unam.
Mellis exſpumati in Balneo, libras tres.
Mixta in Olla vitrea vel invitreata, oris non valdè patuli, inſolentur & ſerventur ad uſum.

## MEL ELLEBORATUM.

℞ Radic. Ellebori albi ſiccarum & conciſarum, libram unam.
Aquæ limpidiſſimæ libras quatuordecim.
Poſt infuſionem triduanam, coque paulatim ad medias; factâque diligenti expreſſione, recoque in Melleam conſiſtentiam, cum Mellis albiſſimi libris tribus.

## MEL MERCURIALE.

℞ Succi Mercurialis libras tres.
Mellis libras duas.
Depurentur & Coquantur ad Mellis conſiſtentiam.

## MEL MORORUM, Vel DIAMOROΩN.

℞ Succi Mororum Arboris & Fruticis, ante maturitatem & Solis ortum collectorum & per ſubſidentiam depuratorum, ana ſeſquilibram.
Mellis colati & deſpumati libras duas.
Incaleſcant in *B. M* ad debitam conſiſtentiam.

## MEL NUCEUM, aliàs, DIACARYΩN & DIANUCUM.

℞ Succi externi Corticis Juglandium viridium, expreſſi & depurati, libras duas.
Coctione lentâ inſpiſſetur; &, immixtâ Mellis librâ unâ, percoquantur ſimul in Melleam conſiſtentiam.

## MEL PASSULATUM.

℞ Uvarum paſſarum ab acinis purgatarum, & in mortario marmoreo contuſarum, libras duas.
Perfunde aquæ calentis libris ſex: ſequente die coque in *B. M.* ad medias, & fortiter exprime. Expreſſum, cum Mellis ſeſqui-libra ebullire ſinito in Mellis conſiſtentiam.

## MEL ROSATUM COMMUNE,
Sive
## FOLIATUM.

℞ Roſarum rubrarum nondum penitùs apertarum libras duas.
Mellis optimi libras ſex.
Inſolentur ſecundùm Artem.

## MEL ROSARUM COLATUM.

℞ Mellis optimi in Balneo deſpumati, libras decem.
Succi Roſarum rubrarum recentium, libram unam.
Igni commodè impoſitis, & bullire incipientibus injice
Roſarum rubrarum recentium (forſice, vel cultro præciſis unguibus) libras quatuor.
Succo demum, bulliendo & agitando, abſumpto, fiat colatura, quæ ſervanda eſt uſui.

## MEL ROSATUM SOLUTIVUM.

℞ Infuſionis multiplicis Roſarum Damaſcenarum libras quinque.
Mellis ritè deſpumati, libras quatuor.
Coquantur in ſpiſſitudinem melleam.
Simili modo parandum venit Mel Roſatum ex infuſionibus Roſarum Rubrarum.

## MEL SCILLITICUM.

℞ Scillam adultam & ſucci plenam N° unam.
Tota fruſtatim comminuatur, & in vaſe vitreo, ore arctè clauſo, & pelle obducto, quadraginta dies, liberè exponatur Solis radiis; ante ſcilicet & poſt exortum canis, viginti. Tum demum vas aperiatur, ſuccúmque in fundo collectum cura optimo melle condiendum.

## MEL VIOLACEUM.

Paratur omnino ut Mel Roſatum.

## OXYMEL SIMPLEX.

℞ Mellis optimi libras duas.
Aquæ limpidiſſimæ libras tres ſemis.
Aceti vini albi libram unam.
Coquantur Mel & Aqua in vaſe fictili vitreato, ſpumâ jugiter cochleari ligneo foraminulento ablatâ, deinde adjiciatur paulatim acetum, & coquantur leni foco ad Syrupi liquidioris conſiſtentiam.

## OXYMEL COMPOSITUM.

℞ Rad. Fœniculi,
Apii,
Petroſelini,
Ruſci,
Aſparagi, ana uncias duas.

Sem.

Sem. Apii,
Petroſelini,
Fœniculi,
Aniſi, ana unciam unam.

Macerentur omnia (mundatis priùs & inciſis radicibus, contuſiſque ſeminibus) in aquæ claræ libris decem, aceti vini ſeſquilibrâ. Poſtridie coquantur in *B. M.* ad tertiæ partis exhalationem. Colato reliquo & clarefacto admiſce Mellis libras tres, fiátque leni cocturâ, & deſpumatione aſſiduâ, Syrupus liquidior, ſ. a.

## OXYMEL ELLEBORATUM.

℞ Fol. Rutæ,
Thymi capitati,
Dictamni Cretici,
Comarum Hyſſopi,
Pulegii,
Marrubii,
Cardui benedicti,
Radicularum Nardi Celticæ, ſine foliis,
Corticum Sambuci interiorum, ana manipulum unum.
Calaminthæ montanæ pugillos duos.
Sem. Aniſi,
Fœniculi,
Ocimi,
Urticæ Romanæ,
Anethi, ana drachmas duas.
Rad. Angelicæ,
Ari,
Scillæ præparatæ,
Ariſtolochiæ { Longæ, Rotundæ, Clematitidis, ſeu Sarmentitiæ,
Turpeti,
Iridis noſtratis,
Coſti veri,
Polypodii,
Corticum Limonum, ana unciam unam.
Ellebori nigri fibrarum integrarum,
Eſulæ,
Agarici, ſub finem decoctionis injiciendi, ana drachmas duas.
Fibrarum integrarum Rad. Ellebori albi, unciam dimid.

Siccata & tuſa omnia digerantur in vitreo vel invitreato vaſe obturato, ad Solis Fornacíſve calorem, in
Poſcæ (ex aqua & aceto æqualibus) libris octo,
Sapæ unciis duabus.
Exacto demùm triduo, elixentur paulò citra dimidium; mollitérq; exprimendo colentur.
Colato liquori adde
Mellis Roſacei (infuſione Corticum Citrii ad duas uncias, imbuti) ſeſquilibram.
Decoquantur in melleam ſpiſſitudinem; &
Caryophyllorum,
Croci,
Zingiberis,
Galangæ,
Macis, ana drachmâ unâ condiantur, ſ. a.

## OXYMEL JULIANIZANS.

℞ Corticum rad. Capparum,
Radicum Ireos,
Fœniculi,
Petroſelini,
Ruſci,
Cichorii,
Aſparagi,
Cyperi, ana unciam dimidiam.
Herb. Scolopendrii,
Scœnanthi,
Tamaricis, ana manipulum medium.
Sem. Fœniculi dulcis unciam dimidiam.
Perfundantur, ut ſuprà, Poſcæ paulò acidioris libris tribus.
Poſteà coque ad medias.
Ex colatura, cum
Mellis &
Sacchari deſpumati, ana librâ dimidiâ, fiat ſ. a. Syrupus melleæ conſiſtentiæ.

## OXYMEL SCILLITICUM SIMPLEX.

℞ Mellis deſpumati libras tres.
Aceti Scillitici libras duas.
Coquantur ſ. a.

## OXYMEL SCILLITICUM COMPOSITUM.

℞ Origani,
Hyſſopi,
Thymi,
Liguſtici,
Cardamomi minoris,
Stœchadis, ana drachmas quinque.
Coque in tribus aquæ libris ad unam.
Colaturæ admiſce
Mellis libras duas,
Mellis paſſulati libram dimidiam.
Succi Bryoniæ uncias quinque.
Aceti Scillitici ſeſquilibram.
Percoque deſpumando ſ. a.

ROB

# ROB, ſive SAPÆ ET SUCCI.

## ROB, ſive SAPA SIMPLEX.

℞ Vini recenter ex Uvis albis generoſis & maturis expreſſi q. v.
Tantiſper coquatur lento igne, donec pars una tantùm de tribus ſuperſit ; vel mellis inſtar craſſeſcat.

## ROB de BERBERIS.

℞ Succi Berberorum colati, libram unam.
Sacchari albiſſimi ſelibram : cum leni Balnei calore coquantur ad debitam ſpiſſitudinem.

## ROB de CERASIS.

℞ Succi Ceraſorum rubeorum ſubacidorum q. v.
Sacchari depurari medium pondus.
Coque lento igne, ut ſuprà, ſ.a.

## ROB de CORNIS.

℞ Cornorum libram.
Aquæ font. q.ſ.
Macerentur, trajiciatúrq; pulpa per ſetaceum, factáque ſuperfluæ humiditatis evaporatione, additáque ſacchari albiſſ. ſelibrâ, coque ad conſiſtentiam debitam.

## ROB CYDONIORUM.

℞ Succi Cydoniorum depurati q. v.
Lentè cocto ad tertiæ partis abſumptionem, adde
Sacchari albiſſimi dimidium ; & repetitâ leni cocturâ, fiat Rob ſecundùm artem.

## MIVA, vel GELATINA EORUNDEM.

℞ Succi Cydoniorum depurati, libras duodecim.
Cocturâ evaneſcat dimidium :
Affunde reliquo
Vini albi veteris, libras quinque ; &, ad mitem ignem, demptâ ( ut oportet ) ſpumâ, abſumatur pars tertia. Quod ſupereſt ſubſidat, & coletur ; auctúmque Sacchari libris tribus, coquatur ſ. a.

## ROB PRUNORUM ACIDORUM.

Paratur ut Rob Cydoniorum, & in utroque Sacchari uſus eſt indifferens.

## ROB de RIBES.

Paratur, ut Rob de Berberis, ex ſucco benè depurato; adeóque priùs calefieri debet, quàm ſubſidere.

## ROB BACCARUM SAMBUCI.

℞ Succi baccarum Sambuci q. v. Inſpiſſetur ſenſim igne modico, vel per ſe, vel Sacchari additâ quartâ parte.

Eodem modo parantur ROB Ebullinum, Juniperinum, & Veronicæ; niſi quòd, in hoc poſtremo, Sacchari & Succi tantundem expetatur.

## SUCCUS GLYCYRRHIZÆ SIMPLEX.

℞ Radicum Glycyrrhizæ optimæ q. v.

Mundatas, levitérque contuſas, toto triduo in aqua fontana macera; eâ ſcilicet copiâ, ut tres circiter digitos ſupereminеat. Tum demùm fervefiant parùm, & exprimendo colentur; quódque expreſſum eſt, mitiori igne, in debitam Succi formam condenſeſetur ſ. a.

## SUCCUS GLYCYRRHIZÆ COMPOSITUS.

℞ Glycyrrhizæ mundatæ, & contuſæ libram; decocti Violarum, Scabioſæ, Paſſularum, libras quatuor. Infunde triduum, dein bulliant ad dimidias. Colatura iterum ebulliat in *B. M.* ad conſiſtentiam Syrupi; cui addantur Sacchari cryſtallini unciæ ſex, gummi Tragacanthæ unciæ duæ, olei Aniſi chym. guttulæ aliquot: & ſemota ab igne agitentur aliquantiſper, ut probè commiſceantur.

## SUCCUS PRUNORUM SYLVESTRIUM, aliàs, ACACIA GERMANICA.

℞ Prunorum ſylveſtrium vixdum maturorum q. v.

Exprimatur Succus, & in Balneo ſ. a. inſpiſſetur.

Sic porrò fiunt ſucci inſpiſſati ex { Abſinthio, Eupatorio, Fumaria, &c. contuſis, ſc. & expreſſis herbis etiamnum tenellis; quorum Succus ad ebullitionem uſque ferveſcere ſinendus eſt in *B. M.* &, poſt colaturam, ibidem in juſtam ſpiſſitudinem paulatim evaporare.

# LOHOCH, SIVE ECLEGMATA.

## LOHOCH de CAULIBUS.

℞ Succi Caulium rubeorum, libram unam.
Croci, drachmas duas.
Sacchari albi,
Mellis opt. ana libram dimidiam.
Dilue Crocum cum ſucci particulâ; reliquúmque ſuccum coque cum Saccharo & Melle, (addendo ſub finem Crocum dilutum) ad debitam conſiſtentiam, ut F. Lohoch ſ. a.

## LOHOCH de FARFARA.

℞ Radic. Tuſſilag. mundat. uncias octo.
Althææ mundat. uncias quatuor.
Coque in aquæ font. q. ſ. pulpámque cribro ſetaceo exprime.
Hanc iterum diſſolve in ipſo decocto; & tantiſper, dum bis térve ebulliant, igni admoveto.
Mox, ablatis à foco, adde
Sacchari albiſſ. libras duas.
Mellis paſſulati uncias quatuordecim.
Succi Glycyrrh. drachmas duas cum dimidia.
Agitentur ſimul validè piſtillo ligneo, & inſpergantur interim
Croci,
Caryophyllor. ana ſcrupulus unus.
Cinnamomi,
Macis, ana ſcrupuli duo.
Fiat Lohoch ſ. a.

## LOHOCH dè PAPAVERE.

℞ Sem. Papav. albi drachmas viginti quinque.
Amygd. dulc. excortic. ex aqua Roſar. rubr. unciam unam.
Nucleorum Pini mundat.
Gummi Arabici,
Tragacanthæ, ana drachmas ſex.
Succi Glycyrrhizæ, unciam unam.
Amyli drachmas duas.
Sem. Portulacæ,
Lactucæ, ana ſemunciam.

Cydo-

Cydoniorum, drachmas duas.
Croci, drachmam unam.
Sacchari albi canti, uncias quatuor.
Syr. è papavere ~~minùs~~ compoſiti, libras tres.

Gummi macerentur in quadruplo colaturæ Syrupi de Pap. ~~minùs~~ compoſiti, donec prorſus molleſcant, dein per cribrum ſetaceum tranſmittantur. Amygdalæ, Nuces Pineæ, & Sem. pap. in mortario marmoreo bene contuſa, immiſceantur Syrupo, Saccharo, & ſucco Glycyr. & cum gummi emollitis diu in mortario agitentur. Demum adjiciantur ſemina Portulacæ, Lactucæ, & Cydoniorum excorticatorum; atque etiam Amylum, & Crocus pulverat. & per ſetaceum diligenter tranſmiſſa, redigantur in formam Lohoch ſ. a.

## LOHOCH è PASSULIS.

℞ Radic. Pæoniæ maris,
Glycyrrhizæ, ana unciam dimidiam.
Fol. Hyſſopi,
Meliſſæ,
Scolopendrii, ana manipulum dimidium.
Coque in aqua fontana, & vi exprime: additáque Paſſularum exacinatarum & contuſarum librâ unâ, iterum coque; & per pannum lineum denuo exprime.
Tum, admixtâ Sacchari albiſſimi librâ unâ, Fiat Lohoch ſ. a.

## LOHOCH è PINO.

℞ Nucleorum Pineorum recentium & mundatorum, drachmas quindecim.
Amygdalarum dulcium, excortic.
Avellanarum leviter toſtarum,
Gummi Tragacanthæ,
Arabici,
Pulveris Glycyrrhizæ & Succi ejuſdem,
Amyli,
Capillorum Veneris,
Rad. Ireos, ana drachmas duas.
Pulpæ Dactylorum flavorum uncias duas.
Amygdalar. amararum ſeſquidrachmam.
Mellis paſſulati, ſive Sapæ Paſſularum,
Sacchari albi, ana uncias quatuor.
Olei Amyg. dulc. (utendi tempore addendi, ſi eo opus ſit) unciam dimidiam.
Mellis optimi libram unam cum dimidia.

Gummi macerentur in quadrupla quantitate aquæ capil. Ven. donec prorſus molleſcant: dein per cribrum ſetaceum tranſmittantur, & Mellis opt. libræ duæ miſceantur ad lentum ignem, rudiculâ lignea diu agitando. Poſtea inſpergantur pulveres ſubtiles Rad. Iridis, cap. Ven. Glycyr. Sacchari & Amyli; dein Dactyli, Nuclei Pinei, Amyg. & Avellanæ, (quæ

(quæ minutim incidantur,& ſeorſim lævigentur in mortario marmoreo) & optimè miſceantur. Demum utrumque gummi mixtum melli paſſulato (in quo priùs ſolutus fuerit ſuccus Glycyr.) vaſe ab igne depoſito, addatur; & diutulè omnia agitentur, ad perfectam miſcelam: addito oleo recenti, ſi mox eo utendum ſit: & fiat Lohoch ſ. a.

## LOHOCH de PORTULACA.

℞ Succi Portulacæ colati libras duas.
Trochiſcorum de terra Lemnia drachmas duas.
de Carabe,
Gummi Arabici,
Sanguinis Draconis,ana drachmam unam.
Lapidis Hæmatitis,
Pilorum leporis uſtorum, ana ſcrupulos duos.
Sacchari albi libram unam.
Miſce ſ. a. ut fiat Lohoch.

## LOHOCH è PULMONE VULPIS.

℞ Pulmonis Vulpis ritè præparati,
Succi Glycyrrhizæ,
Capillorum Veneris,
Seminum Aniſi,
Fœniculi, ana partes æquales.
Sacchari cum aqua Tuſſilaginis & Scabioſæ in Syrupum cocti, triplum ad omnia.

Huic reliqua tenuiſſimè pulverata admiſce,& valdè commove, ut fiat Lohoch ſ. a.

## LOHOCH SANANS.

℞ Folior. Hyſſopi hortenſis,
Calaminthæ, ana ſemunciam,
Jujubarum,
Sebeſten, demptis oſſiculis,ana paria quindecim.
Uvarum paſſarum exacinatar.
Ficuum pinguium,
Dactylorum recentiorum, ana uncias duas.
Sem. Lini,
Fœnugræci, ana drachmas quinque.
Capillorum Veneris, manipulum unum.
Sem. Aniſi,
Fœniculi,
Rad. Ireos, in orbiculos ſectæ,
Glycyrrhizæ contuſæ,
Cinnamomi, ana unciam dimidiam.
Coquantur omnia ex arte, in aquæ limpidiſſimæ libris quatuor, ad medias. Additíſque Sacchari Penidiat. libris duabus,& gum. Tragacanthæ,Arabici, in decocto jam dicto ſolut. ana drachmis tribus, coque in Syrupum.
Poſtea incide minutiſſimè & contunde
Nucleorum pineorum mundat. drachmas quinque.
Amygdalarum dulcium excorticatarum,
Glycyrrhizæ,
Amyli,ana drachmas tres.

Rad.

Rad. Ireos drachmas duas.
His ab igne remotis inſpergatur Syrupus, gnavitérque piſtillo ligneo agitetur, dum albeſcat.

## LOHOCH SCILLITICUM.

℞ Scillæ, in paſta frumentacea coctæ, drachmas tres.
Rad. Iridis drachmas duas.
Hyſſopi,
Marrubii, ana drachmam unam.
Croci,
Myrrhæ, ana drachmam dimidiam.
Mellis uncias duas & ſemis.
Contundatur Scilla, poſt cocturam, in mortario lapideo, & cum Melle imponatur igni.
Auferantur denuo poſtquam ferbuerint; inſperſiſque, cum celeri motatione, cæteris jam antè pulveratis, fiat Lohoch ſ. a.

## CONDITA

# CONDITA
## RADICUM, CAULIUM, CORTICUM, FLORUM, FRUCTUUM, PULPARUM.

℞ RADICUM Eryngii q. v.
Mundentur exteriùs, & interiùs, ablatâ medullâ.
Dein macerentur, diem unum atque alterum, in aqua pura aliquoties renovata; nitidóq; panno lineo abſtergantur.
Tum ſume Sacchari albiſſimi pondus æquale; & aquæ Roſarum tantum, quantum fundendo Saccharo ſufficiat; ſimúlq; igni admove & deſpuma, tandémque ferè in Syrupum cocto injice Radices; quæ porrò tantiſper elixandæ ſunt, dum abſumpta ſit ſuperflua humiditas, & Syrupus debitam formam acquiſiverit.

His non multùm diſſimiliter condiuntur.

Radices { Acori vulgaris, Angelicæ, Boraginis, Bugloſſi, Cichorii, Enulæ Campanæ, Pimpinellæ, Satyrii, Siſari, Siſeris, Symphyti majoris, Zingiberis, Zedoariæ.

℞ CAULIUM Cinaræ non nimis adultorum q. v.
Horum cape (contrà quàm in Radicibus) ſolas medullas; eáſque cum Sacchari æquali pondo, paríque modo coque, ut ſuprà, dum condiantur ſ. a.
Sic etiam parantur

Caules { Angelicæ, Bardanæ, Lactucæ, &c. } collectarum ante nimiam maturitatem.

℞ CORTICUM Aurantiorum recentium q. v.
Tenuiter auſer extimam flavedinem; &, triduano minimùm ſpacio, in aqua fontana,

tana, ſæpiùs abjiciendâ, macera; tum conjice in Saccharum, ut priùs habitum coctúmque, & fiat Conditura ſ. a.

His congruenter tractandi ſunt

Cortices { Citriorum, Limonum, &c.

℞ FLORUM Citrii q. v.

Cura condiendos cum Saccharo, ut conſtat.

Eodem modo agendum cum

Floribus { Aurantiorum, Boraginis, Primulæ Veris, &c.

℞ MALA Armeniaca quot volueris.

Deme exteriorem pelliculam cum internis oſſiculis, & pari Sacchari albiſſimi pondo immiſce.

Rurſùm, poſt quatuor horas, exime; Saccharóque, abſque ullo novo liquore, ut decet, cocto denuo impone, ut ſimul coquantur ſ. a.

Condiendi modum aut his omnino geminum, aut parùm diſſimilem habent alii

Fructus, ut {
Berberis integri,
Ceraſa,
Corna; ſive Cornaceraſa,
Mala { Citria, Cydonia, Perſica, Vulgaria,
Myrobalanorum quinque ſpecies,
Nuces { Avellanæ, Juglandes, Moſchatæ.
Paſſulæ,
Piper in racemis ex India,
Pruna { Hortenſia, Sylveſtria,
Pyra,
Uvæ.
}

PULPÆ etiam condiuntur, ut Berberorum, Caſſiæ fiſtularis ſive ſolutivæ, Citrii, Cynosbati, Cydoniorum, Prunorum ſylveſtrium, &c.

℞ Berberorum ſive fructuum Oxyacanthæ q. v.

Bulliant in aquæ fontanæ q. ſ. dum tenereſcant. Hinc pulpa, ligneo ad id facto piſtillo, per cribrum ſetis denſum, ab arillis libera exprimatur. Dein, in vaſe fictili, coquatur eadem, lento igne, & crebrâ, aduſtionis metu, agitatione, donec aquoſa humiditas evanuerit. Tum demum Pulpæ ſex

ſex libris admiſce Sacchari decem, & percoque in debitam conſiſtentiam.

Condiri etiam dicuntur, ſed Muria & Aceto, Flores Geniſtæ nondum aperti: &, inter Fructus, Cappares, Olivæ, &c.

Denique inter Cortices, Cinnamomum: inter Flores, illos Roſarum & Calendulæ: inter Fructus, Amygdalas, Caryophyllos, Pineas, Piſtacia, &c. condiri dicimus: uti etiam Semina & Surculos. Sed hæc, ad diſcrimen aliorum, Saccharo plerunque ſicca incruſtantur; &, proprio magis nomine, Confecta, ſive Confectiones appellantur.

# CONSERVÆ & SACCHARA.

## CONSERVÆ.

Herbar. Abſinthii,
Acetoſæ,
Acetoſellæ.
Florum. Aurantiorum,
Betonicæ,
Boraginis,
Bugloſſi,
Calendulæ.
Summitatum Cardui Benedicti.
Florum Centaurii minoris,
Chamædryos,
Caryophyllorum,
Cichorii.
Foliorum Cochleariæ.
Florum Conſolidæ majoris.
Citrariæ,
Fruct. Cynosbati.
Radicum Enulæ contuſ.
Herbæ cum floribus Euphragiæ.
Summitatum Fumariæ,
Galegæ, ſive Rutæ Caprariæ.
Florum Geniſtæ non planè maturorum.
Hyſſopi,
Lavendulæ,
Liliorum alborum,
Lilii Convallium.
Majoranæ,
Malvæ.
Summitatum Meliſſæ.
Foliorum Menthæ.
Florum Nymphææ,
Papaveris erratici,
Pœoniæ,
Perſici,
Primulæ Veris.
Roſarum { Albarum, Damaſcenarum, Rubrarum, Caninarum,
Roriſmarini,
Foliorum Rutæ.
Florum Salviæ,
Sambuci,
Scabioſæ.
Foliorum Scordii.
Florum Tiliæ,
Tuſſilaginis,
Violarum.

Ex his omnibus fiunt Conſervæ, cum Sacchari albiſſimi triplâ proportione. Notandum tamen, non omnia ſimiliter miſceri.

Quædam enim priùs incîdi volunt, contundi, & leviter coqui. Quædam nec incîdi, nec contundi, nec coqui. Quædam denique horum alterum tantùm ferunt, aut fugiunt. Qua in re, facilè quivis Artifex, hâc ſolâ præmonitione, errorem omnem vitabit.

SAC-

# SACCHARA.

## DIACODIUM SOLIDUM, Sive TABULATUM.

℞ Capita Papaveris albi medio-
cria, matura, & nuper col-
lecta N° viginti.

Macera tepidè in aquæ fontanæ libris tribus; & poſtridie, donec contabeſcant, coque. Colato demum liquori injice Sacchari puriſſimi q. ſ. iterúmque coque ſecundùm Artem, ut exinde fiant Tabulæ.

## SACCHARUM TABULATUM SIMPLEX, ET PERLATUM.

Fit Prius, effuſo in marmor Saccharo, poſt debitam coćturam cum aquæ Roſarum pallidarum dimidio pondere. Poſterius verò, additâ ſingulis libris prioris, ſub finem coctionis, Margaritarum præparatarum & tritarum ſemunciâ, cum foliis Auri octo, vel decem.

## SACCHARUM TABELLATUM COMPOSITUM.

℞ Rhabarb. electi ſcrupulos quatuor.
Agarici trochiſcati,
Corallinæ,
Cornu cervi uſti,
Fol. Dictamni Cretici,
Sem. Santonici,
Portulacæ,
Acetoſæ, ana ſcrupulum unum.
Cinnamomi,
Zedoariæ,
Caryophyllorum,
Croci, ana ſemiſcrupulum.
Sacchari albiſſimi tenuiter triti, libram unam.

Diſſoluto Saccharo in
Aquæ Abſinthii unciis quatuor,
Vini Abſinthit. unciâ unâ,
Aquæ Cinnamomi, cochleari uno: fiant, cum præſcriptis Speciebus, Tabulæ ſecundùm artem.

## SACCHARUM PENIDIUM. *ſive Hordeatum*

Paratur ex Saccharo, ad lentum ignem, in aqua Hordei, ſoluto, & albuminibus ovorum diligenter concuſſis, ſemel atque iterum inter bulliendum depurato. Mox per pannum colatur, rurſúmque igni admotum lentè bullire ſinitur, donec in magnas attollatur bullas, factóque ex arte periculo, dentibus maſticatum non adhæreat. Dein in tabulam marmoream oleo amygdalino inunctam (ſubſidentibus priùs extra ignem bullis) effunditur, ubi promanantes ejus extremitates toties versùs medium reaguntur, donec reſinæ laricea inſtar lenteſcat. Tum demum alicubi ad uncum ſuſpenditur, celeritérque manibus amylo conſperſis in fila tenuiora, craſſiora, breviora, aut longiora,

diu

diu diſtrahitur, diſtractúmque pro libitu, ut indureſcat, tabulæ, ad id paratæ, imponitur.

## CONFECTIO DE THURE.

℞ Sem. Coriandri præparati, unciam dimidiam.
Nucis Moſchatæ,
Thuris albiſſimi, ana drachmas tres.
Glycyrrhizæ,
Maſtiches, ana drachmas duas.
Cubebarum,
Cornu Cervi præparati, ana drachmam unam.
Conſervæ Roſarum rubrarum unciam unam.
Sacchari albiſſimi q. ſ. ad conficiendum mediocres Morſellos.

## SACCHARUM ROSATUM TABULATUM.

℞ Florum Roſarum rubrarum, demptis ungulis, in Sole celeriter ſiccatorum, unciam unam.
Sacchari albiſſimi, libram unam.
Fundatur Saccharum ad ignem in aquæ roſar. rubrarum & ſucci earundem, ana unciis duabus.
His ſenſim abſumptis pulveratas Roſas admiſce, ſimúlque in marmor effunde, ut
Fiant Tabellæ ſecundùm artem.

SPECIES

# SPECIES, Sive PULVERES.

## AROMATICUM CARYOPHYLLATUM.

℞ Caryophyllorum drachmas ſeptem.
Macis,
Zedoariæ,
Galangæ minoris,
Santali Citrini,
Trochiſch. Diarrhodon,
Cinnamomi,
Ligni Aloës,
Spicæ Nardi Indicæ,
Piperis longi,
Cardamomi majoris, ana drachmam unam.
Roſar. rubrarum, demptis unguibus, drachmas quatuor.
Galliæ moſchatæ,
Glycyrrhizæ minutim conciſæ, ana drachmas duas.
Folii Indi, ſeu Malabathri.
Cubebarum, ana ſcrupulos duos.
Ambræ griſeæ opt. drachmam unam.
Moſchi, ſemi-ſcrupulum.
Tritis omnibus diligentiſſimè, fiat pulvis.

## AROMATICUM ROSATUM.

℞ Roſarum rubrarum exungulatarum, drachmas quindecim.
Glycyrrhizæ raſæ, drachmas ſeptem.
Ligni Aloës,
Santali Citrini, ana drachmas tres.
Cinnamomi electi, drachmas quinque.
Caryophyllorum,
Macis, ana drachmas duas ſemis.
Gummi Arabici,
Tragacanthæ, ana ſcrupulos octo.
Nucis Moſchatæ,
Cardamomi majoris,
Galangæ,ana drachmam unam.
Spicæ Nardi Indicæ,
Ambræ griſeæ, ana ſcrupulos duos.
Moſchi, ſcrupulum unum.
Fiat pulvis ſ. a. ſervandus in vaſe vitreo,vel fictili vitreato in uſum.

## PULVIS è CHELIS CANCRORUM COMPOSITUS.

℞ Margaritarum præparatarum,
Oculorum Cancri,
Corallii rubri,
Succini albiſſimi,
Cornu Cervini Philoſophicè præparati,
Lapidis Bezaardici Orientalis, ana unciam dimidiam.

Pulveris

Pulveris ex apicibus nigris chelarum cancrorum ad pondus omnium.
Fiat pulvis ſ. a. qui gelatinâ è viperarum noſtratium ſpoliis extractâ excipi poterit, vel inde poma parva efformari, cautè ſiccanda, & in uſum aſſervanda.

## PULVIS GRANORUM CHERMES COMPOSITUS.

℞ Granorum Chermes, drachmam unam.
Nucis Moſchatæ, ſcrupulos duos.
Rad. Tormentillæ.
Ligni Santali Citrini, ana ſemidrachmam.
Caryophyllorum,
Margaritarum præparat.
Corallii utriuſque præparat. ana ſcrupulum. ſ. pulv.
Folia auri numero tria.
Sacchari Tabulati perlati, utendi tempore addendi, drachmas tres.
F. Pulvis.

## SPECIES CORDIALES TEMPERATÆ.

℞ Ligni Aloës,
Spodii ex ebore, ana drachmam unam.
Cinnamomi,
Caryophyllorum,
Oſſis è corde cervi,
Rad. Angelicæ,
Caryophyllatæ,
Tormentillæ, ana drachmam unam ſemis.
Margaritarum præparatarum drachmas ſex.
Serici crudi toſti,
Corallii utriuſque, ana drachmas duas.
Hyacynthi,
Smaragdi,
Sapphiri, ana drachmam dimidiam.
Croci ſcrupulum unum.
Fol. Auri,
Argenti, ana N° decem.
Ambræ griſeæ,
Moſchi, ana ſemi-drachmam.
Fiat pulvis ſecundùm artem.

## DIACALAMINTHE SIMPLEX.

℞ Calaminthæ montanæ,
Pulegii,
Origani,
Sem. Petroſelini Macedonici,
Vulgaris.
Seſeleos, ana drachmas duas.
Sem. Apii,
Cymar. Thymi, ana unciam dimidiam.
Sem. Liguſtici.
Piperis albi, ana unciam unam.
Fiat pulvis ſecundùm artem.

## SPECIES DIACALAMINTHES COMPOSITÆ.

℞ Pulveris Diacalaminthes ſimplicis, unciam dimidiam.
Fol. Praſii,
Majoranæ,

Majoranæ,
Meliſſæ,
Artemiſiæ,
Sabinæ ſiccor. ana drachmam unam.
Rad. Cyperi,
Sem. Rubiæ,
Rutæ,
Macis,
Cinnamomi, ana ſcrupulos duos.
Terantur & miſceantur diligentiſſimè, & fiat Pulvis ſ. a.

## DIANISUM.

℞ Sem. Aniſi elect. uncias duas ſemis.
Glycyrrhizæ inciſæ,
Maſtiches, ana unciam unam.
Sem. Carui,
Fœniculi,
Galangæ,
Macis,
Zingiberis,
Cinnamomi, ana drachmas quinque.
Trium Piperum.
Caſiæ ligneæ.
Calaminthæ montanæ,
Pyrethri, ana drachmas duas.
Cardamomi majoris,
Caryophyllor.
Cubebarum,
Spicæ Indicæ,
Croci, ana drachmam unam.
Primò contundantur Radices; dein Cortices, ſemina & Fructus; poſtea Calamintha & Macis. Seorſim contere Maſtichen (cum aquæ tantillo) & Crocum. Demum commiſceantur omnia in mortario; & uſui reſervetur Pulvis.

## PULVIS RADICUM ARI COMPOSITUS.

℞ Pul. rad. Ari, uncias duas.
Rad. Acori vulgaris,
Pimpinellæ ſaxifragæ, ana unciam unam.
Oculorum Cancri unciam dimidiam.
Cinnamomi, drachmas tres.
Salis Abſinthii,& Juniperi, ana drachmam unam. Miſce,
Fiat Pulvis. N. B. Pulv Ari Rad. semper recens addendus.

## SPECIES DIAIREOS SIMPLICIS.

℞ Rad. Ireos, unciam dimidiam.
Sacchari candi,
Spec. Diatragacanthi frigidi, ana drachmas duas.
Fiat Pulvis.

## SPECIES DIALACCÆ.

℞ Gummi Laccæ præparatæ,
Rad. Rhapontici, ana drachmas tres.
Schœnanthi,
Spicæ Nardi Indicæ,
Maſtiches,
Succor. Abſinthii,
Agrimoniæ condenſatorum,
Sem. Apii,
Ammeos,
Fœniculi,
Aniſi,
Sabinæ,

Amygdalar. amararum mundat.
Myrrhæ,
Coſti, ſeu Zedoariæ,
Rad. Rubiæ tinctorum,
Aſari,
Ariſtolochiæ { longæ, rotundæ,
Gentianæ,
Croci,
Cinnamomi,
Hyſſopi ſicci,
Caſiæ ligneæ,
Bdellii, ana drachmam unam ſemis.
Piperis nigri,
Zingiberis, ana drachmam unam.
Fiat Pulvis ſ. a.

## PULVIS CARDIACUS MAGISTRALIS.

℞ Lapidis Bezaardici Orientalis,
Oſſis de corde cervi, ana drachmam unam ſemis.
Corallii albi,
rubri præparat.
Succini albi,
Perlarum præparat.
Cornu cervini, præpar. Loco Hor...
Raſuræ Eboris, Boli Armen.
Boli Orientalis, Terra Japon.
Terræ Germanicæ,
Samiæ,
Lemniæ,
Raſ. Ungulæ Alcis, omiss.
Rad. Tormentillæ, ana drachmam ~~unam~~ duos.
Ligni Aloes,
Corticum Citri,
Rad. Angelicæ,
Zedoariæ, ana ſcrupulos duos. F. pulvis
Fol. Auri N° viginti. omittantur la...
Ambræ griſiæ, ſcrupul. unum.
Moſchi, grana ſex.
Miſce & fiat Pulvis.

## SPECIES DIAMARGARITON FRIGIDI.

℞ Sem. quatuor frigidorum maj. mundatorum.
Sem. Portulacæ,
Papaveris albi,
Endiviæ,
Oxalidis,
Citri,
Trium Santalorum,
Ligni Aloes,
Zingiberis,
Florum Roſarum rubrarum exungulatarum,
Nymphææ,
Bugloſſi,
Violarum,
Baccarum Myrti,
Oſſis de corde cervi,
Eboris,
Rad. Contrayervæ,
Cinnamomi, ana drachmam unam.
Corallii utriuſque, ana drachmam dimidiam.
Margaritarum ſplendidarum, drachmas tres.
Ambræ griſeæ,
Caphuræ ana gr. ſex.
Moſchi, grana duo.
Fiat pulvis ſ. a.

Obſervandum tamen, ſemina frigida majora, & Papaveris non priùs

priùs addenda, quàm Species requiruntur à Medico ad uſum. Et tum pro Specierum drachmâ, addatur ſeminum ſcrupulus. Paritérque in reliquis Speciebus, quarum compoſitionem hæc ſemina ingrediuntur.

## SPECIES DIAMBRÆ.

℞ Cinnamomi,
Rad. Angelicæ,
Caryophyllorum,
Macis,
Nucis moſchatæ,
Folii Indi, ſeu Malabathri,
Galangæ, ana drachmas tres.
Spicæ Indicæ,
Cardamomi majoris,
minoris,ana drachmam unam.
Zingiberis, drachmam unam ſemis.
Ligni Aloës, Santali Citrini,
Piperis longi, ana drachmas duas.
Ambræ griſeæ, ſeſquidrachmam.
Moſchi drachmam dimidiam.
Miſce, fiat omnium Pulvis ſ. a.

## SPECIES DIAMOSCHU DULCIS.

℞ Croci,
Galangæ,
Zedoariæ,
Ligni Aloës,
Macis,ana drachmas duas.
Margaritarum albarum,
Serici crudi exiccati, & pulverati,
Succini albi,
Corallii rubri præparati,
Galliæ Moſchatæ,
Sem. Ocimi Citrati,ana drachmas duas ſemis.
Zingiberis,
Cubebarum,
Piperis longi, ana drachmam unam ſemis.
Nucis Moſchatæ,
Folii Indi, aut Cinnamomi,
Caryophyllorum, ana drachmam unam.
Moſchi ſcrupulos duos.
Fiat pulvis ſ. a.

## SPECIES DIAMOSCHU AMARI.

Parantur, addendo prædictis
Abſinthii,
Roſarum ſiccatarum, ana drachmas tres.
Aloës optimæ lotæ ſemunciam.
Cinnamomi, drachmas duas ſemis.
Caſtorei,
Liguſtici, ana drachmam unam.
Fiat pulvis.

## SPECIES DIANTHUS.

℞ Flor. Roriſmarini, unciam unam.
Roſarum rubrarum,
Violarum,
Glycyrrhizæ, ana drachmas ſex.
Caryophyllorum,
Spicæ Indicæ,

Nucis Moſchatæ,
Galangæ,
Cinnamomi,
Zingiberis,
Zedoariæ,
Macis,
Ligni Aloës,
Cardamomi minoris,
Sem. Anethi,
Aniſi, ana ſcrupulos quatuor.
Fiat pulvis ſecundùm artem.

## DIAPENIDION.

℞ Penìdiorum, uncias duas.
Nucleorum Pineorum mundatorum,
Amygdalarum dulcium mundatarum,
Sem. Papaveris albi, ana drachmas tres, ſcrupulum unum.
Cinnamomi, / Caryophyllor. / Zingiberis, — His tribus omiſſis, fit Diapenidion ſine Speciebus.
Succi Glycyrrhizæ,
Gum Tragacanthæ,
Arabici,
Amyli candidiſſimi,
Sem. frigidorum maj. excorticatorum, ana ſeſquidrachmam.
Camphoræ grana ſeptem.
Fiat Pulvis.

## DIARRHODON ABBATIS.

℞ Santalorum alborum,
rubrorum, ana drachmas duas ſemis.
Gum. Tragacanthæ,
Arabici,
Scobis Eboris, ana ſcrupulos duos.
Rad. Aſari,
Maſtichis,
Spicæ Indicæ,
Cardamomi,
Succi Glycyrrhizæ,
Croci,
Ligni Aloës,
Caryophyllorum,
Galliæ Moſchatæ,
Sem. Aniſi,
Fœniculi,
Cinnamomi,
Rhapontici,
Sem. Ocimi,
Berberis,
Scariolæ,
Portulacæ,
Quatuor frigidorum maj. mundat.
Papaveris albi, ana ſcrupulum unum.
Margaritarum,
Oſſis de corde cervi, ana ſcrupulum dimidium.
Roſarum rubrarum exungulatarum unciam unam & drachmas tres.
Camphoræ grana ſeptem.
Moſchi grana quatuor.
Fiat pulvis ſ. a.

## DIOSPOLITICUM.

℞ Seminum Cumini in aceto acri maceratorum & exiccat.
Piperis longi,
Folior. Rutæ ſiccatorum, ana unciam unam.

Nitri

Nitri unciam dimidiam.
Fiat Pulvis.

## SPECIES DIATRAGACANTHI FRIGIDI.

℞ Gummi Tragacanthæ, uncias duas.
Arabici, unciam unam & drachmas duas.
Amyli, unciam dimidiam.
Glycyrrhizæ,
Sem. Melonum,
Papaveris albi, ana drachmas tres.
Citrulli,
Cucumeris,
Cucurbitæ, ana drachmas duas.
Penidiorum, uncias tres.
Flor. Nymphææ ſcrupulum. omitte
Fiat Pulvis ſ. a.

## SPECIES DIATRIωN PIPEREωN.

℞ Trium piperum, ana drachmas ſex, & grana quindecim.
Sem. Aniſi,
Thymi,
Zingiberis, ana drachmam unam. Fiat Pulvis craſſiuſculus.

## SPECIES DIATRIωN SANTALωN.

℞ Santalorum omnium, inter contundendum guttulis aliquot aquæ Roſar. irroratorum,
Roſarum rubrarum, ana drachmas tres.
Rhapontici,
Scobis Eboris,
Succi Glycyrrhizæ,
Sem. Portulacæ, ana drachmas duas; & grana quindecim.
Gummi Arabici,
Tragacanthæ,
Sem. Melonum,
Cucumeris,
Citrulli,
Cucurbitæ,
Scariolæ, ana drachmam unam ſemis.
Camphoræ ſcrupulum unum.
Fiat Pulvis ſ. a.

## PULVIS HALY.

℞ Sem. Papaveris albi, drachmas decem.
Amyli,
Gummi Arabici,
Tragacanthæ, ana drachmas tres.
Sem. Portulacæ,
Althææ,
Malvæ, ana drachmas quinque.
Cucumeris,
Melonis,
Cucurbitæ,
Citrulli,
Cydoniorum mundatorum, ana drachmas ſeptem.
Scobis Eboris, Omitte
Glycyrrhizæ, ana drachmas tres.
Succini albi, drachmas duas.

Penidiorum

Penidiorum ad pondus omnium.
Fiat Pulvis, ſ. a.

## LÆTIFICANS.

℞ Florum Ocimi Caryophyllati, aut ſem. ejuſdem,
Croci,
Zedoariæ,
Santali Citrini,
Caryophyllorum,
Corticum Citrii,
Galangæ,
Macis,
Nucis Moſchatæ,
Styracis Calamitæ, ana drachmas duas ſemis.
Raſuræ Eboris,
Seminum Aniſi,
Thymi,
Epithymi, ana drachmam unam.
Oſſis è cordi cervi,
Margaritarum,
Camphoræ,
Ambræ griſeæ,
Moſchi, ana drachmam dimidiam.
Folior. Auri,
Argenti, ana ſcrupulum dimidium.
Fiat pulvis ſ. a.

## PULVIS BEZOARDICUS MAGISTRALIS.

℞ Sapphiri,
Rubini,
Hyacinthi,
Granator.
Smaragdor. ana drachmam unam.
Terræ Lemniæ,
Boli veræ,
Corall. rubri præparat.
Margaritarum præparatarum, ana drachmas duas.
Zedoariæ,
Cornu Unicorn.
Lapid. Bezoartici Orient. & Occident.
Moſchi,
Ambræ griſeæ,
Caphuræ,
Junci odorati,
Croci optimi, ana drachmam ſemis.
Santali Citrini,
Ligni Aloes,
Benzoini, ana ſcrupulos duos.
Philonii Magiſtralis, ſcrupulos quatuor.
Oſſis è corde Cervi,
Cort. Citrii,
Granor. Kermes, ana drachmam ſemis.
Olei Cinnamomi Chym.
Nucis Moſchatæ Chym. ana guttas quinque.
Miſce, fiat pulvis ſubtiliſſimus, ſecundùm artem.

## SPECIES CONFECTIONIS LIBERANTIS.

℞ Rad. Tormentillæ,
Sem. Acetoſæ,
Endiviæ,
Coriandri,
Citrii, ana drachmam unam ſemis.
Santalorum omnium,
Rad. Dictamni albi, ana drachmam unam.

Boli

Boli Armenæ,
Terræ Lemniæ, ana drachmas tres.
Margaritarum,
Corallii utriuſque,
Succini albi,
Scobis Eboris,
Oſſis è corde cervi,
Radic. Serpentariæ Virginianæ.
Caryophyllatæ,
Angelicæ,
Cardamomi,
Cinnamomi, ana drachmam.
Macis,
Ligni Aloes,
Caſiæ ligneæ,
Croci,
Zedoariæ, ana drachmam dimidiam.
Penidiorum.
Fragmentorum Smaragdi,
Hyacinthi,
Granati,
Florum Nymphææ,
Bugloſſi,
Roſar. rubrarum, ana ſcrupulum unum.
Camphoræ gr. ſeptem.
Moſchi,
Ambræ griſ. ana grana tria.
Fiat Pulvis ſecundùm artem.

## PULVIS SAXONICUS.

℞ Rad. utriuſque Angelicæ.
Vincetoxici,
Valerianæ domeſticæ,
Polypodii quercini,
Urticæ, ana unciam dimidiam.
Cort. Mezerei German. drachmas duas.
Granorum herbæ Paridis numero viginti quatuor.
Fol. ejuſdem cum toto, numero triginta ſex.
Ex maceratis in aceto radicibus, & ſiccatis, fiat omnium Pulvis.

## PULVIS SAXIFRAGIÆ COMPOSITUS.

℞ Rad. Pimpinellæ Saxifragæ, drachmam dimidiam.
Sem. Saxifragiæ,
Geniſtæ,
Milii Solis, ana drachmam.
Lactucæ,
Hyoſcyami,
Papaveris albi,
Quatuor frig. maj. ana ſcrupulos duos.
Troch. Alkekengi, ſeſquidrachmam.
Glycyrrhizæ, ſcrupulos quatuor.
Sacchari cryſtallini, quando uſus poſtulat addendi, uncias duas.
F. Pulvis.

## PULVIS DIALTHÆÆ.

℞ Rad. ſiccat. Althææ, drachmas quinque.
Glycyrrhizæ Hiſpanicæ,
Oſſium Meſpilorum, ana ſemunciam.
Sem. Milii Solis,
Petroſelini,
Digitalis, ana drachmas tres.
Oculorum Cancr. cum ſucco Limon. præpar. drachm. ſex.

Gummi

Gummi Arabici, drachmas duas.
Ceraſi,
Pruni, ana drachm.
Triturâ accuratè habitâ.
F. Pulvis ſubtilis.

## PULVIS ANTILISSUS.

*Pulvis nunc usitatus. ℞ Pulv. Lichen. Ciner. Terrest. Piper. nig. ā ʒj. M.*

℞ Fol. Rutæ,
Verbenæ,
Salviæ tenui foliæ.
Plantaginis,
Polypodii,
Abſinthii vulgaris,
Menthæ,
Artemiſiæ,
Meliſſophylli,
Betonicæ,
Hyperici,
Centaurii minoris, ana p. æ.

Legantur ſingula, quo tempore viribus pollent maximis, quod ad Junii ferè plenilunium aſſequuntur. In ſole fervido brevì ſiccentur, ſiccata ad uſus reſerventur, eâ lege, ut quotannis renoventur.

Quum utendi neceſſitas incidet, ſingulorum æquale pondus in pulverem tenuiſſimum redigito.

## SPECIES ELECTUARII ROSATÆ NOVELLÆ.

℞ Roſarum rubrarum exungulatum & ſiccatarum,
Glycyrrhizæ, ana unciam unam, drachmam unam, ſcrupulos duos ſemis.
Cinnamomi drachmas duas, ſcrupulos duos, grana duo.
Caryophyllorum,
Nardi Indicæ,
Zingiberis,
Galangæ,
Nucis Moſchatæ,
Zedoariæ,
Styracis Calamitæ,
Cardamomi,
Sem. Petroſelini, ana ſcrupulum unum, grana octo.
Fiat Pulvis.

## PULVIS THURALOES.

℞ Thuris, drachmam unam.
Aloës, drachmam dimidiam.
Fiat pulvis.

Gummi, in ſucco vel decocto Rutæ maceratis, colatis, & ad mellis craſſitiam coctis, adjiciantur reliqua tenuiſſimè pulverata: fiántque Trochiſci ſ. a.

## TROCHISCI DE LIGNO ALOES.

℞ Xyloaloës,
Roſarum rubrarum, ana drachmas duas,
Maſtiches,
Cinnamomi,
Caryophyllorum,
Spicæ Nardi Indicæ,
Nucis Moſchatæ,
Sem Paſtinacæ,
Cardamomi majoris
minoris,
Cubebarum,
Galliæ Moſchatæ,
Cortic. Citri,
Macis, ana ſeſquidrachmam.
Ambræ griſeæ,
Moſchi, ana ſcrupulum ſemis.

Cum Mellagine Paſſularum, fiant Trochiſci.

## TROCHISCI è MYRRHA.

℞ Myrrhæ, drachmas tres.
Farinæ Lupinorum, drachmas quinque.
Rad. Rubiæ tinctorum,
Fol. Rutæ,
Mentaſtri,
Dictamni Cretici,
Sem. Cymini,
Aſæ fœtidæ,
Sagapeni,
Opopanacis, ana drachmas duas.

Liquentur Gummi in Vino decoctionis Artemiſiæ, aut granorum Juniperi, &, adjectis cæteris, cum ſucco Artemiſiæ, fiant Trochiſci ſ. a.

## SIEF DE PLUMBO.

℞ Plumbi uſti & loti,
Æris uſti,
Antimonii,
Tutiæ lotæ,
Gum. Arabici,
Tragacanthæ, ana unciam unam.
Opii, drachmam dimidiam.

Tere, cribra, & cum Aq. Roſar. q. ſ. fiant Trochiſci.

## TROCHISCI POLYIDÆ, SEU SPHRAGIS ANDROMACHI.

℞ Flor. Mali Punici, i. Cytinorum, drachmas duodecim.
Aluminis ſciſſilis, vel rupei, drachmas tres.
Thuris,
Myrrhæ, ana unciam dimidiam.
Chalcanthi, drachmas duas.
Fellis Taurini, drachmas ſex.
Aloës, unciam unam.
Vini auſteri, vel ſucci Solani, aut Plantaginis, q. ſ. Fiant Trochiſci ſ. a.

## TROCHISCI RAMICH.

℞ Succor. Acetoſæ, uncias ſedecim.
Roſarum rubrarum, unciam.
Agreſtæ, ſive Omphacii, drachmas ſeptem.
Baccarum Myrti, uncias duas.
Ferveſiant leviter & colentur. Colatis adde
Nucum Cupreſſi recent. optimè tritarum, uncias tres.
Coque iterum aliquantiſper; tum inſpergatur ſequentium ſpecierum minutiſſimus Pulvis.
℞ Roſarum rubrarum unciam.
Santali citrini, drachmas decem.
Gummi Arabici, ſeſquiunciam.
Pulpæ Sumach, ſive Seminum Rhois.
Spodii ex Ebore, ana unciam.
Succi Granorum Myrti, uncias quatuor.
Ligni Aloes,
Caryophyllorum,
Macis,
Nucis Moſchatæ, ana unciam dimidiam.
Miſce omnia diligenter, & extende in ſcutella lapidea, ut exiccentur; exiccata rurſus in tenuiſſimum pulverem redigantur: & formentur Trochiſci parvuli cum Camphoræ Scrupulis quatuor, & q. ſ. Aquæ Roſarum rubrarum. Trochiſci hi aromatizari poſſunt Moſchi granis octodecim.

## TROCHISCI DE RHABARBARO.

℞ Rhabarbari electi, drachmas decem.
Succi Eupatorii, (i Agerati) condenſati, ℥ß. omitt. Amygd.
~~Amygdalarum amararum~~, ana unciam dimidiam.
Roſarum rubrarum, drachmas tres.
Rad. Aſari,
Rubiæ tinctorum,
Spicæ Indicæ,
Fol. Abſinthii,
Sem. Aniſi,
Apii, ana drachmam unam.
~~Cum~~ Vino decoctionis Abſinthii,

thii, vel Succo Eupatorii depurato, Fiant Trochiſci ſ. a.

## TROCHISCI DE SANTALIS.

℞ Santalorum trium, ana unciam unam.
Sem. Cucumeris.
Cucurbitæ,
Citrulli,
Portulacæ,
Spodii ex Ebore, ana ſemunciam.
Roſarum rubrarum, drachmas ſeptem.
Succi Berberis, drachmas ſex.
Boli Armenæ, unciam ſemis.
Camphoræ, drachmam unam.
Cum Aqua Portulacæ, fiant Trochiſci.

## TROCHISCI DE SCILLA AD THERIACAM.

Scillam initio Julii collectam, poſtquam folia & ſcapus aruerint, mediæ magnitudinis, plenam, candidam, cortice exteriore detracto, & parte duriore, cui radiculæ adhærent, abjectâ; farinâ tritici ſubactâ involves, & in clibano coques, donec farina probè ſiccata ſit; eâque perforatâ ſtylo ligneo (vel potiùs feſtucâ) experieris, an Scilla undique tenera ſit. Exemptam in mortario diligenter teres, eique admiſcebis farinæ Orobi albi, vel Ciceris rubri, tenuiſſimè cribrati, uncias octo, ad ſingulas Scillæ libras; & formabis in Trochiſcos ponderis drachmarum duarum, (manibus Roſaceo inunctis) & ſiccabis in ſuperiore parte ædium, meridiem ſpectante, in umbra, ſæpius obvertendo, donec probè ſiccati fuerint: demum repone in vaſe ſtanneo puro, vel vitreo.

## TROCHISCI DE SPODIO.

℞ Roſarum rubrarum, drachmas duodecim.
Eboris uſti, drachmas decem.
Sem. Acetoſæ, drachmas ſex.
Portulacæ,
Coriandri, in aceto macerat. & torrefact.
Pulpæ Sumach, ana drachmas duas ſemis.
Amyli toſti,
Balauſtiorum,
Berberis, ana drachmas duas.
Gum. Arabici aſſi, drachmam unam ſemis.
Cum Succo Uvarum immaturarum, fiant Trochiſci.

## TROCHISCI DE TERRA LEMNIA.

℞ Terræ Lemniæ, ſive ſigillatæ,
Boli Armenæ,
Acaciæ,
Hypociſtidis,
Gum. Arabici toſti,
Sanguinis Draconis,
Amyli toſti,
Roſarum rubrarum,
Antheræ, ſeu Sem. Roſarum rubrarum.
Lapidis Hæmatitis,

Corallii

Corallii rubri,
Succini,
Balauſtiorum,
Spodii ex Ebore,
Sem. Portulacæ parùm toſtorum,
Olibani,
Cornu Cervi, uſti,
Nucum cupreſſi,
Croci, ana drachmas duas.
Sem. Papaveris nigri,
Tragacanthæ,
Margaritarum, ana ſeſquidrachmam.
Opii præparati, drachmam unam.

Cum Succo Plantaginis, fiant Trochiſci.

## SIEF DE THURE.

℞ Thuris,
Lapidis Calaminaris,
Pompholigos, ana drachmas decem.
Ceruſſæ, uncias quinque.
Gum. Arabici,
Opii, ana drachmas ſex.

Cum aqua limpida, vel mucilagine Fænugræci, fiant Paſtilli, ſiccandi, & ſervandi uſui.

## TROCHISCI è VIOLIS SOLUTIVI.

℞ Fl. Violarum modicè ſiccat. drachmas ſex.
Turpeti gummoſi, unciam unam ſemis.
Succi Glycyrrhizæ,
Scammonii,
Mannæ, ana drachmas duas.

Violis bene contuſis adde Mannam & Succum Glycyrrhizæ; dein Turpetum ſubtiliſſimè pulveretur, & Scammonium. Ex his optimè mixtis F. Trochiſci, cum momento Syrupi Violarum, ſi opus ſit.

## TROCHISCI DE VIPERA AD THERIACAM.

℞ Carnis Viperinæ, detractâ cute, exemptis interaneis & adipe, abjectis capitibus & caudis, cum Anetho, ſale pauco, & aquâ coctæ, uncias octo.
Panis triticei puriſſimi, aut potiùs biſcocti, triti, & cribrati, uncias duas.

Formentur Trochiſci parvuli, inungendo manus Opobalſamo, vel oleo Nucis Moſchatæ per expreſſionem. Siccentur ſuper cribrum inverſum, loco libero ventóque perflabili, ſæpe eos vertendo, donec probè exſiccati fuerint: deinde in pyxidem vitream, aut figlinam vitreatam bene obturatam

tam reponendi. Durant annum integrum; tamen longè meliùs fuerit, haud multò poſtquam eos confeceris, Theriacam adornare.

## TROCHISCE VITICIS SIVE AGNI CASTI.

℞ Sem. Viticis, ſeu Agni caſti.
Lactucæ,
Fl. Roſarum rub.
Balauſtiorum, ana drachmam unam.
Scobis Eboris.
Succini albi,
Boli Armenæ in Aqua Centinodiæ lotæ, drachmas duas.
Sem. Plantaginis, ſcrupulos quatuor.
Ligni Saſſafras, ſcrupulos duos.
Cum Mucilagine Sem. Cydoniorum in Aqua Nenupharis extractâ fiant Trochiſci.

# OLEA.

# OLEA.

## OLEA SIMPLICIA PER EXPRESSIONEM.

### OLEUM AMYGDALARUM DULCIUM.

℞ Amygdalas dulces, recentes ſiccas, quot volueris.

Fracto, & abjecto cortice exteriore lignoſo, & exutâ interiore membranâ, terantur in mortario lapideo, & prelo exprimatur paulatim oleum, ſine vi caloris.

### OLEUM AMYGDALARUM AMARARUM.

Fit eodem modo, ut Amygdalarum dulcium; niſi quòd hîc demptâ interiore membranâ opus non ſit; nec in exprimendo tantus metus à calore.

### OLEUM AVELLANARUM.

Paratur ex nucleis Avellanarum mundatis, tritis, calefactis, & expreſſis, ut in illo Amygdalarum dulcium.

Simili modo

Elicitur oleum Balaninum, vel de Been, ex Balano Myrepſica: & Oleum Nucis Moſchatæ, ex Nucis cognominis nucleo; utì Oleum Macis, ex ejuſdem Nucis cortice ſecundo reticulari.

### OLEUM CARYINUM.

Paratur ſimiliter, ex nucleis Juglandium.

### OLEUM CHRYSOMELINUM.

Paratur per expreſſionem, ex nucleis Mali Armenii: quo modo etiam fiunt Olea ex nucleis Ceraſorum, Mali Perſici, Pineis, Piſtaciorum, & Prunorum: nec non ex Seminibus Aurantiorum, Cannabis, Carthami, dictum Cnicinum; Citrii, Cucumeris, Cucurbitæ, Citrulli, Ebuli, Hyoſciami, Lactucæ, Lini, Melonum, Papaveris, Petroſelini, Raphani, Rapi; Ricini, dictum Oleum Cicinum, Recininum & de Kerva; Seſami, dictum Seſaminum

minum; Sinapi, & ex Uvarum acinis, &c.

## OLEUM LAURINUM.

℞ Baccarum Lauri maturarum, & paucis antè diebus decerptarum, q. v.

Tritæ coquantur in aquæ q. ſ. & torculari exprimantur.

Expreſſas fœces iterum tere, & affuſâ aquâ calente, ut priùs, exprime. Demum Oleum aquæ ſupernatans ſepara ſ. a. Sed ſenſim exoleſcere cœpit, ex quo Fortunatæ Inſulæ ſuum tranſmiſerunt.

## OLEUM OLIVARUM COMMUNE.

Exprimitur ex Olivis maturis; ſed è carne ſive pulpâ, non è nucleis.

## OLEUM OMPHACINUM, SIVE OMOTRIBES.

Fit ex pulpa Olivarum, ſed ante maturitatem.

## OXYRRHODINUM.

Fit ex quatuor aut quinque partibus Olei Roſacei, & unâ Aceti.

## OLEUM EX VITELLIS OVORUM.

℞ Vitellos ovorum gallinaceorum recentium ad duritiem elixatos, quot volueris.

Manibus vel piſtillo in mortario comminutos, cautè, nè adurantur, frige, & ſpathulâ ligneâ agita in ſartagine figulinâ vitreatâ, donec ruſeſcant, & pinguedinem quandam exudent. Calentes ſacculo lineo, Vino aromatico irrorato, inde, & prelo exprime Oleum ſ. a.

# OLEA SIMPLICIA PER INFUSIONEM VEL DECOCTIONEM.

## OLEUM ROSACEUM OMPHACINUM.

℞ Roſarum rubrarum immaturarum, exungulatarum, & piſtillo ligneo in mortario lapideo contuſarum, uncias quatuor.

Olei Omphacini aliquoties loti, libram unam.

Soli ardenti expone, in vaſe vitreo arctè clauſo, per integram ſeptimanam, & concute quotidie. Dein leniter coque in Balneo, & exprime; Roſiſque abjectis, recentes injice; quibus ſimiliter habitis, fiat idem tertiò; & ſervetur Oleum ſuper ſucci Roſarum, libram unam.

## OLEUM ROSACEUM COMPLETUM.

Fit eodem modo, ex Oleo dulci & maturo ſæpè loto; & ex Roſis rubris expanſis, contuſis, inſolatis, & leviter in duplici vaſe decoctis: ità tamen, ut tertia inſolatio in quadrageſimum producatur diem, illóque exacto, ſervetur Oleum cum Roſis ſine expreſſione.

Eodem modo fiunt

**OLEUM ABSINTHITES**, ex comarum ter repetitarum Abſinthii vulgaris unciis quatuor, & Olei maturi libris tribus; ſic tamen, ut ultimâ vice addantur unciæ quatuor ſucci Abſinthii, qui lentâ coctione evaporandus eſt.

**OLEUM ANETHINUM**, ex Olei completi librâ unâ; florum & frondium Anethi unciis quatuor ter renovatis.

**OLEUM de CASTOREO**, ex Caſtorei uncia una, Olei libra una, & Vini generoſi unciis duabus. Caſtoreum pulveratum Vino biduum infundatur: dein addatur Oleum, & coque ad Vini abſumptionem; fiátque Colatura.

**OLEUM CHAMÆMELINUM** (quod non uni Sanctum dicitur) ex Oleo completo, & Chamæmeli floribus

ribus ( demptis albis foliolis ) recentibus, conciſis, tuſis, tectóque, ſimplici linteo, vaſe inſolatis, & expreſſis; & ter demum (ut in præcedentibus) redintegratâ operâ.

OLEUM CHEIRINUM, ſive Keirinum, ex floribus Keiri. i. Leucoii lutei, & oleo completo; ut Oleum Anethinum.

OLEUM CYDONIORUM, ſive Melinum, ex Olei Omphacini partibus ſex, Carnis & Succi Cydoniorum ſine ſeminibus, ana parte una.

Inſolentur quindecim dies, in vaſe vitreo, & quatuor poſtea horas in duplici vaſe coquantur. Hinc exprime, & novâ carne leviter contusâ, novóque ſucco injectis, idem ſemel atque iterum repete.

OLEUM ENULATUM, ex Olei maturi, radicum contuſarum Enulæ, & earundem Succi, ana parte una; Vini generoſi, ad ignem cum Succo mox evaporandi, parte dimidia.

OLEUM EUPHORBII, ex Euphorbii drachmis ſex, Olei Cheirini, unciis quinque, & Vini odoriferi, unciis tribus, ſimul coquendis in duplici vaſe, donec vinum evanuerit.

OLEUM FORMICARUM, ex Formicis alatis ſimul & ſemel in olei dulcis quadruplo infuſis, & quadraginta dies, in vaſe vitreo obturato, ſoli æſtivo expoſitis, & colatis.

OLEUM ſive BALSAMUM SIMPLEX HYPERICI, ex oleo ſui ſeminis, truſatili molâ triti, & prelo expreſſi; additis, & ritè inſolatis, Hyperici floribus.

OLEUM JASMINUM, ex Jaſmini floribus, in Oleo veteri claro inſolatis, & expreſſis.

OLEUM IRINUM.

℞ Rad. Iridis Florent, libram.
Flor. Iridis purpureæ, libras duas.
Aquæ, cui incoctæ fuerint aliæ Iridis Florent. radices, q. ſ.
Olei dulcis loti, libras ſex.

Coque in duplici vaſe: radices ac flores iterum immitte, prioribus expreſſis & abjectis, ut in Oleo Roſato.

OLEUM LILIORUM, fit eodem modo, quo Oleum Roſaceum.

OLEUM LUMBRICORUM.

℞ Lumbricorum terreſtrium, libram

libram dimidiam.

Laventur primùm aquâ ſæpius mutatâ, dein Vino albo, in quo etiam macerentur per horam. Tum abjecto Vino, Lumbrici duplici vaſe excipiantur, affundendo Olei Olivarum, libras duas.

Vini albi, libram dimidiam.

Mox coquantur ad Vini evaporationem. Tandem Oleum per telam cannabinam trajectum uſui reponatur.

OLEUM MAJORANÆ, ſive Sampſuchinum, ex herbæ parùm contuſæ unciis quatuor, vini albi generoſi, unciis ſex, Olei maturi librâ unâ; ſimul mixtis, inſolatis, recentíque ter immiſsâ & expreſsâ herbâ; & coctione demum in diplomate, abſumpto vino.

OLEUM MASTICHINUM, ex Olei Roſati Omphacini librâ unâ, Maſtiches unciis tribus, vini odoriferi unciis quatuor; mixtis, & ſimul coctis in duplici vaſe ad vini abſumptionem. Percoletur oleum, & uſui reponatur.

OLEUM MELILOTI, ex herbæ ſummitatibus, eodem modo, ut Chamæmelinum.

OLEUM MYRRHÆ, Ova aliquot recentia coquantur donec induruerint; per mediam longitudinem incidantur, vitelli eximantur, cavitates Myrrhâ tritâ impleantur, & denuo conjungantur albumina, filóque parum conſtringantur, & craticulæ inter duas paropſides collocatæ imponantur. Tum in cella vinaria, vel alio loco ſubterraneo & humido ponantur. Sic enim Myrrhæ liquatus humor in paropſidem inferiorem deſtillabit.

OLEUM MENTHÆ, ex herba,& Oleo Omphacino, ut Roſaceum.

OLEUM MYRTINUM, ex Baccarum Myrtillorum confractarum, & vino auſtero aſperſarum parte unâ, Olei Omphacini partibus tribus. Inſolentur viginti quatuor dies; ter interim renovatis,coctis, & expreſſis baccis.

OLEUM NARCISSINUM, ex floribus recentibus Narciſſi albi, & Oleo, ut Roſaceum.

OLEUM NARDINUM, ex Spicæ Nardi unciis tribus, Olei dulcis ſeſquilibrâ,Vini albi odorati & aquæ puræ, ana unciis duabus cum ſemiſſe, coctis in diplomate igne leni, frequenter movendo, ad humoris aquei abſumptionem.

OLEUM

**OLEUM NENUPHARINUM**, ex florum Nymphææ albæ recentium, dempto intermedio croceo & viridi folio interjecto, parte unâ, Olei Omphacini partibus tribus; ter, ut in Oleo Roſato, repetitis floribus.

**OLEUM NICOTIANÆ**, ex ſucci Nicotianæ & Olei communis, ana partibus æqualibus, in Balneo ſ. a. coctis.

**OLEUM PAPAVERIS**, ex floribus, capitibus, & foliis Papaveris ſativi, & Oleo Omphacino, ut Anethinum.

**OLEUM POPULNEUM**, ex Gemmarum Populi arboris partibus tribus, Vini albi generoſi partibus quatuor, Olei dulcis partibus ſeptem. Gemmæ diligenter tritæ, in Vino & Oleo ſeptem diebus macerentur; coquendæ demum & exprimendæ ſ. a.

**OLEUM RUTACEUM**, ex herba contuſa, & Oleo maturo, ut Roſatum.

**OLEUM SABINÆ**, ſimiliter.

**OLEUM SAMBUCINUM**, ex floribus & Oleo, ut Roſatum.

**OLEUM SCORPIONUM**, ex vivis Scorpionibus mediocribus, Sole Leonem ingreſſo, captis, N° triginta. Olei amygdalini amari libris duabus. Inſolentur, & poſt quadrageſimum diem coletur Oleum & ſervetur.

**OLEUM SICYONIUM**, ex radicum contuſaram Cucumeris agreſtis, & ſucci ejuſdem, ana parte dimidia, Olei maturi parte una, coctis in duplici vaſe ad ſucci exhalationem.

**OLEUM SOLANI**, ex Baccarum Solani maturarum parte una, coctarum in Olei maturi, vel Roſacei, partibus tribus.

**OLEUM de STYRACE**, ex Styracis, & Vini albi odorati, ana parte una; Olei maturi partibus quatuor, lentè coctis ad vini evaporationem.

**OLEUM VIOLACEUM**, ex Oleo Olivarum Omphacino, & floribus Violarum, ut Roſatum.

**OLEUM VERBENACEUM**, ex herba & Oleo, ut Oleum Menthæ.

# OLEA COMPOSITA PER INFUSIONEM ET DECOCTIONEM.

## OLEUM BENEDICTUM.

℞ Radicum Cardui Benedicti,
Valerianæ, ana unciam unam.
Florum Hyperici, uncias duas.
Tritici puri, ſeſquiunciam.
Olei vetuſtiſſimi, uncias quatuor.
Terebinthinæ Cypriæ, uncias octo.
Thuris pulverati, uncias duas.

Radicibus & Floribus contuſis affunde tantum vini albi, quantum iiſdem mergendis ſufficiat. Poſt bidui in olla macerationem, injice cum tritico comminuto Oleum, & ſimul coque, donec vinum evaneſcat. Hinc exprime, additiſque Thure & Terebinthinâ, parùm rurſus ut coquantur ſine, & ſerva.

## OLEUM de CAPPARIBUS.

℞ Corticum radicum Capparum, unciam unam.
Corticum Tamariſci,
Foliorum ejuſdem,
Seminum Agni Caſti,
Ceterach, ſive Aſplenii,
Radicum Cyperi, ana drachmas duas.
Rutæ, drachmam unam.
Olei Olivarum maturi, libram unam.
Aceti vini acerrimi,
Vini albi odorati, ana uncias duas.

Trita & ſecta macera, biduo elapſo, in Balneo Mariæ ſenſim coque: Tandémque, abſumptis Vino & Aceto, cola & repone.

## OLEUM de CASTOREO COMPOSITUM.

℞ Caſtorei,
Styracis Calamitæ,
Galbani,
Euphorbii,
Opopanacis,
Caſiæ ligneæ,
Croci,

Carpo-

Carpobalſami, ſive Cubebarum.
Spicæ Nardi,
Coſti, ana drachmas tres.
Cyperi,
Scœnanthi,
Piperis longi,
nigri,
Sabinæ,
Pyrethri, ana drachmas duas ſemis.
Olei maturi, libras quatuor.
Vini Hiſpanici, libras duas.

Exceptis quinque primis, reliqua omnia, ut decet, præparata, lentè coquantur in Vino & Oleo, dum Vinum evanuerit: ſolutis interim ſeorſim, in parte Vini reſervatâ, Galbano, Opopanace, & tenuiſſimè priùs trito Euphorbio. Poſt colaturam utriuſque, cautè miſceantur; Oleo nimirum expreſſo in tepentia adhuc Gummi paulatim effuſo, & crebrâ rudiculæ agitatione ad ignem immixto. Denique de Styrace & Caſtoreo, finitâ coctione, in fundo vaſis, pulverata recondantur.

## OLEUM CATELLORUM.

℞ Olei Olivarum, libras quatuor.
Catellos nuper natos N° duos.
Vermium terreſtrium Vino albo ablutorum, libram unam.

Coctis Catellis ad oſſium compaginis diſſolutionem, injiciantur vermes, & pauló poſt exprimantur. Dein cum Terebinthinæ Cypriæ unciis tribus, ſpiritus Vini unciâ unâ, perficiatur Oleum ſ. a.

## OLEUM COSTINUM.

℞ Rad. Coſti amari, uncias duas.
Caſiæ ligneæ, unciam unam.
Summitatum Majoranæ, uncias octo.

Trita craſſiuſculè macerentur biduum, in Vini albi odorati unciis duodecim. Dein cum Olei Olivarum Vino albo loti libris duabus, coquantur in B. M. ad exhauſtum vini ſ. a.

## OLEUM CROCINUM.

℞ Croci,
Calami aromatici, ana unciam unam.
Myrrhæ electæ, ſemunciam.
Cardamomi, drachmas novem.

Macerentur omnia, ſextiduum, præter Cardamomum (quod ante poſtremum indendum non eſt) in Aceti unciis novem. Poſtridiè affunde Olei loti ſeſquilibram; & ſenſim, donec abſumptum ſit Acetum, coque ſ. a. & cola.

## OLEUM DE EUPHORBIO.

℞ Staphydis agriæ,
Saponariæ, ana unciam dimidiam.
Pyrethri, drachmas ſex.
Calaminthæ montanæ ſiccæ, ſeſquiunciam.
Coſti, drachmas decem.
Caſtorei, drachmas quinque.

Trita, triduóque macerata in Vini odori

odori libris tribus ſemis, coque cum Olei Leucoii lutei ſeſquilibrâ; additâque, ante abſumptum omnino Vinum, Euphorbii ſemunciâ, percoque ſecundùm artem.

## OLEUM EXCESTRENSE.

℞ Herbarum Abſinthii,
Centaurii minoris,
Eupatorii,
Fœniculi,
Hyſſopi,
Lauri,
Majoranæ,
Meliſſæ,
Nepetæ,
Pulegii,
Sabinæ,
Salviæ,
Thymi, ana uncias quatuor.
Abrotoni,
Betonicæ,
Chamæpityos,
Lavendulæ, ana uncias ſex.
Roriſmarini, libram unam.
Florum Chamæmeli,
Geniſtæ,
Liliorum alborum,
Sambuci,
Sem. Cymini,
Fœnugræci,
Rad. Ellebori albi,
nigri,
Corticum Fraxini,
Limonum, ana uncias quatuor.
Euphorbii,
Sinapeos,
Caſtorei,
Pyrethri, ana unciam unam.
Olei, libras ſedecim.
Vini, libras tres.

Herbis, Floribus, Seminibus & Euphorbio contuſis; inciſis Radicibus, Corticibus, & Caſtoreo; maceratíſque horas duodecim, affuſo Vino & Oleo, ad Balnei calorem; & coctis demum lento igne ad Vini & humoris abſumptionem; coletur Oleum, & ſervetur.

## OLEUM HIRUNDINUM.

℞ Hirundines integras N° ſedecim.
Chamæmeli,
Rutæ,
Plantaginis majoris,
minoris:
Foliorum Lauri,
Pulegii,
Anethi,
Hyſſopi,
Roriſmarini,
Salviæ,
Hyperici,
Balſamitæ, ana manipulum unum.
Olei communis, libras quatuor.
Vini Hiſpanici, libram unam.

Confice ſecundùm artem.

Si verò tantum Butyri Majalis accipiatur quantum olei, & prædicta cum eo coquantur; Unguenti & nomen, & conſiſtentiam acquiret.

OLEUM

## OLEUM HYPERICI COMPOSITUM.

℞ Vini albi odori, libram unam.
Summitatum Hyperici, cum floribus & ſeminibus, uncias quatuor.

Trita macerentur in vaſe vitreo, obturato ejus orificio, totum triduum, in Olei Olivarum veteris librâ unâ, ad Solem, vel Balnei calorem, & exprimantur. Fiat eodem modo, Vino non addito, Summitatum Hyperici ſecunda Infuſio, & tertia. Tertiam demum, poſt vinum coctione ferè abſumptum, exprime; additiſque
Terebinthinæ, unciis tribus.
Croci ſcrupulo uno.
Rurſus parùm coque, & repone.

## OLEUM HYPERICI MAGIS COMPOSITUM.

℞ Vini albi generoſi, libras tres.
Florum recentium Hyperici cum ſuis ſeminibus, manipulos quatuor.

Tere, & macera in vitreo vaſe arctè clauſo; biduóque exacto, coque in B. M.& validè exprime: in colaturam novas injice ſummitates, tertióque idem facito. Tertiæ autem colaturæ ſingulis libris affunde
Olei veteris, libras quatuor.
Terebinthinæ, uncias ſex.
Olei Abſinthii, uncias tres.
Dictamni,
Gentianæ,
Cardui benedicti,
Tormentillæ,
Carlinæ, vel Cardui Mariæ,
Calami aromatici, tritorum, ana drachmas duas.
Lumbricorum, pluries in vino albo lotorum, uncias duas.

Inſolentur quinque aut ſex ſeptimanas, & bene obturata reponantur.

## OLEUM IRINUM.

℞ Radicum Iridis Florentinæ, libras tres, & uncias quatuor.
Florum Liliorum alborum, abjectis unguibus flavis, uncias quindecim.
Radicum Cyperi recentiorum, uncias ſex.
Helenii, uncias tres.
Anchuſæ, uncias duas.
Cinnamomi,
Spicæ Nardi,
Aſæ odoratæ, ſive Benzoini, ana unciam unam.

Contuſa, ut decet, omnia, in Sole, calidóve loco, macerentur in
Olei veteris, libris quindecim.
Aquæ fontanæ, libris quatuor & dimidia.

Poſt quartum diem coque in B. M. & abſumptâ aquâ, cùm refrixerint, premendo cola, & repone.

## BALSAMUM LUCATELLI.

℞ Ceræ citrinæ opt. libram unam.
Liqueſcat miti igne in pari quantitate vini Canarini. Dein adde
Olei Olivarum opt.

Terebinthinæ Ven. in aqua Roſar. ad albedinem lotæ, ana ſeſquilibram.
Bulliant leni foco ad Vini evaporationem.
Demum ab igne ſemotis inſperge
Santali rubri ſubtil. pulv. uncias duas.
Continuè agitando donec refrixerint.
F. Balſamum.

## OLEUM MAJORANÆ.

℞ Foliorum Majoranæ, manipulos quatuor.
Serpylli, manipulos duos.
Myrti, vel Baccarum ejus, manipulum unum.
Abrotoni,
Menthæ aquaticæ, ana manipul. dimidium.
Caſiæ Ligneæ, uncias duas.

Conciſa, tuſa, inque vitrum indita omnia, ad Solem, vel in Hypocauſto, tribus Olei Omphacini affuſis libris, clauſóque orificio, macera; & poſt octavum diem exprime. In expreſſum Oleum recentia ſimplicia conjice, idémque (exacto ut priùs opere) fac tertiò, ut perficiatur Oleum ſ. a.

## OLEUM MANDRAGORÆ.

℞ Olei communis, libras duas.
Succi Pomorum Mandragoræ, vel, ejus defectu, foliorum, uncias quatuor.
Succi Hyoſcyami albi, uncias duas.
Succi capitum papaveris nigri, uncias tres.
Succi Violarum,
Cicutæ tenerrimæ, ana unciam unam.
Opii,
Styracis Calamitæ, ana unciam dimidiam.

Succos, cum Oleo, Soli expoſitos, poſt decimum diem, ſenſim ad Succorum exhauſtum coque, & co'a. Dein Opium tenuiſſimè tritum inſperge, Styracémque Terebinthinæ modico ſolutam admiſce ſ. a.

## MOSCHELÆUM.

℞ Nuces Moſchatas, numero duas.
Moſchi, drachmam ſemis.
Folii ſeu Macis,
Spicæ Nardi,
Coſti,
Maſtiches, ana drachmas ſex.
Styracis calamitæ,
Caſiæ ligneæ,
Myrrhæ,
Croci,
Cinnamomi,
Caryophyllorum,
Carpobalſami, vel Cubebarum.
Bdelli, ana drachmas duas.
Olei puri, libras tres.
Vini generoſi, uncias ſex.

Terantur ex arte & confuſè miſta, ſenſim, dum vinum evaneſcat, bulliant; admiſto ſ. a. Moſcho, poſt colaturam.

## OLEUM NARDINUM.

℞ Spicæ Nardi, uncias tres.
Majoranæ recent. uncias duas.
Xyloaloës,
Calami aromatici,
Enulæ recentis,
Cyperi,
Fol. Lauri recentium.
Folii Indi, vel Macis,
Scœnanthi,
Cardamomi,ana unciam unam & dimidiam.

Craſſiuſculè terantur omnia; & in aquæ, Viniſque generoſi, ana unciis quatuordecim, cum Olei Seſamini vel Olivarum libris quatuor & dimidia, in ſequentem uſque diem macerentur; dein lentâ, in duplici vaſe,coƈturâ,donec Vinum, & aqua abſumpta fuerint, perfice Oleum f. a.

## OLEUM NICODEMI.

℞ Seminum, ſeu Summitatum Hyperici.
Terebinthinæ veteris, ana libram unam.
Lithargyri, drachmas ſex.
Aloës hepaticæ,
Tutiæ Alexandrinæ,ana drachmas tres.
Croci, unciam unam.
Vini albi optimi, libras quatuor.
Olei veteris, libras duas.

Abſumptâ quartâ vini parte per lentam omnium in Balneo coƈturam; alicubi, in arena, Soli caniculari exponantur,& per pannum candidum, poſt decimum diem, colentur, ſeorſúmque à vino ſervetur Oleum.

## OLEUM NICOTIANÆ.

℞ Succi Nicotianæ, ſive Tabaci, aut Peti.
Olei communis, ana libram.

Macerentur, & coquantur ad Succi abſumptionem.

## BALSAMUM POLYCHRESTUM.

℞ Spiritus Vini, libras duas cum ſemiſſe.
Sarſæ paril. albæ & medulloſæ inciſæ, uncias quinque.

Infunde in vaſe vitreo, donec Spir. V. colorem aureum induerit. Tum colaturæ adde Gum. Guajaci, leni calore in eadem (agitatione ſubinde faƈtâ) ſolvendi,uncias oƈto. Demum adde Balſami Indici, ſive Peruani, cochlear unum. M. F. Balſamum.

## OLEUM POPULEUM.

℞ Gemmarum Populi arboris recentium, Veris initio colleƈtarum, libras tres.
Vini albi, libras quatuor.
Olei communis, libras ſeptem, uncias duas.

Terantur diu Gemmæ; & macerentur in Vino & Oleo diebus ſeptem: poſtea coquantur in vaſe duplici ad Vini abſumptionem. Tandem exprimatur Oleum, & reponatur.

## BALSAMUM VULNERARIUM.

℞ Foliorum & Flor. cum ſeminibus, Androſæmi
Summit. Hyperici,
Botryos,
Fol. Hederæ terreſtris, ana manip. duos.
Chamæpityos,
Salviæ, ana man. ſemis.

In vaſe fictili macerentur biduum in Vini albi generoſi, libris duabus. Tum adde Olei veteris libras duas cum ſemiſſe. Bulliant leni igne ad Vini diſſipationem. Colaturæ permiſce
Terebinthinæ libram.
Mannæ Thuris, uncias quatuor.
Myrrhæ, uncias tres.
Maſtiches,
Sang. Draconis, ana uncias duas.
Styracis Calamitæ, unciam.

Ferveſiant parum ad mitem focum: dein reponantur ſeptiduum in Sole. Tum ſerva, in vaſe fictili aut vitreo, in uſum.

## OLEUM VULPINUM.

℞ Vulpem (quà fieri poteſt) pinguem, ætatis mediæ, venatúque, circa Autumnum, captam.

Hanc occide & exentera, carnibúſque, poſt detractam pellem, in fruſta diſſectis, fractíſque oſſibus, coque, deſpumando diligenter, in Vini albi & aquæ fontanæ, ana libris ſex, ad medias, cum ſalis marini unciis tribus.
Summitat. Anethi,
Thymi,
Chamæpityos, ana manipulo uno.

Mox fiat cum expreſſione Colatura: eandémque recoque cum
Olei veteris optimi, libris quatuor.
Florum Salviæ,
Roriſmarini, ana manipulo uno.

Abſumptâ demum aqueâ humiditate & vino; validè extorquendo, calidè exprime; Oleúmque ab aquoſitate, poſt colaturam, infundibulo ſeparatum, uſui reſervetur.

UNGUEN-

# UNGUENTA SIMPLICIORA.

## UNGUENTUM ALBUM.

℞ Olei Roſacei immaturi, uncias novem.
Ceruſſæ aquâ Roſarum lotæ & diligenter tritæ, uncias tres.
Ceræ albæ, uncias duas.
Poſt liquefactam in oleo Ceram, tempeſtivè injice Ceruſſam, poſt crebram in aqua Fontanâ, ac demum Roſaceâ lotionem, exiccatam, & per ſetaceum trajectam, ut fiat Unguentum, ſecundùm artem.
Adde Camphoræ, Olei Amygdalini dulcis aliquot guttis tritæ, drachmas duas; fiátque illud, quod dicitur Camphoratum.

## UNGUENTUM ÆGYPTIACUM.

Hac emendata conficiendo ung. ... experiunt

℞ Æruginis, ſive viridis æris minutiſſimè triti, ~~partes quinque.~~ ℥iv
Mellis ~~partes quatuordecim.~~ ℔j
Aceti acerrimi, ~~partes ſeptem.~~ ℥xij
Coquantur omnia ſimul leni igne in juſtam ſpiſſitudinem, & colorem ſubrubeum. addendo sub finem Alum. Rupei. Sal. Ammon. ā ℥ʃ. f. Ung.

## UNGUENTUM ANODYNUM.

℞ Olei Liliorum alborum, uncias ſex.
Anethini,
Chamæmelini, ana uncias duas.
Amygdalarum dulcium, unciam unam.
Pinguedinis Anatis,
Gallinæ, ana uncias duas.
Ceræ Citrinæ, uncias tres.
Miſce ſecundùm artem.

## UNGUENTUM EX APIO.

℞ Succi Apii, libram unam.
Mellis, uncias novem.
Farinæ Tritici, uncias tres.
Ex coctis, ad juſtam ſpiſſitudinem, fiat Unguentum, ſecundùm artem.

## UNGUENTUM ſive LINIMENTUM GUMMI ELEMI.

℞ Gummi Elemi,
Terebinthinæ ~~Abietinæ, ana ſeſquiunciam.~~
Sevi Vervecini veteris & depurati,

purati, uncias duas.
Pinguedinis Porcinæ veteris & depuratæ, unciam unam.
Miſce, fiat Unguentum ſ. a.

## UNGUENTUM AUREUM.

℞ Ceræ citrinæ, libram dimidiam.
Olei communis, libras duas.
Terebinthinæ, uncias duas.
Reſinæ pineæ,
Colophoniæ, ana ſeſquiunciam.
Thuris,
Maſtiches, ana unciam unam.
Croci, drachmam unam.
Liqueſcat primùm in Oleo Cera; mox, additâ Terebinthinâ, ſimul bulliant. Deferveſcentibus, cætera omnia (quorum Crocus ſit ultimus) tenuiſſimè pulverata inſperge, & rudiculâ diligenter miſce, ut fiat Unguentum ſ. a.

## UNGUENTUM BASILICON MAJUS.

℞ Ceræ citrinæ,
Reſinæ Pini,
Sevi Vaccini,
Picis Græcæ, ſive Navalis,
Terebinthinæ,
Olibani,
Myrrhæ, ana unciam unam.
Olei, uncias quinque.
Pulverentur Olibanum & Myrrha, cæteriſque liquatis ritè inſpergantur, ut fiat Unguentum ſ. a.

## UNGUENTUM BASILICON MINUS, SEU TETRAPHARMACUM.

℞ Ceræ flavæ
Reſinæ pinguis,
Picis Græcæ, ana libram dimidiam.
Olei, uncias novem.
Liquata commiſceantur, & fiat ſ. a. Unguentum.

## UNGUENTUM EX BDELLIO.

℞ Bdellii, drachmas ſex.
Euphorbii,
Sagapeni, ana drachmas quatuor.
Caſtorei, drachmas tres.
Ceræ, drachmas quindecim.
Olei Sambucini, vel Keirini, drachmas decem.
Bdellio & Sagapeno in aqua vel ſucco Rutæ agreſtis diſſolutis, cætera ad Balnei calorem uniantur.

## UNGUENTUM DE CALCE.

℞ Calcis ſepties minimùm ablutæ, libram dimidiam.
Ceræ, uncias tres.
Olei roſati, libram.
Agitentur omnia diligenter in mortario plumbeo, Cerâ priùs ad lentum ignem, in quantitate ſufficienti Olei præſcripti, mollitâ.

## UNGUENTUM DIALTHÆÆ.

℞ Rad. Althææ recentium & contuſarum, libras duas.
Sem. Lini,
Fœnugræci, ana libram unam.

Macerentur triduum in aquæ libris octo. Dein leviter coquantur, & exprimatur Mucilago; cujus

℞ libras duas
Olei communis, libras quatuor.

Bulliant ſimul, donec aquoſa pars mucilaginis ſit abſumpta; tum adde
Ceræ, libram unam.
Reſinæ, libram dimidiam.
Terebinthinæ, uncias duas.

Percoquantur in Unguenti conſiſtentiam.

## UNGUENTUM DIAPOMPHOLYGOS, SIVE NIHILI.

℞ Olei Roſacei, uncias duodecim.
Succi Baccarum Solani hortenſis, uncias ſex.
Ceræ albæ,
Ceruſſæ lotæ, ana uncias quatuor.
Plumbi, in aceto acerrimo triduum macerati, dein exiccati & triti,
Pompholygos præparatæ, ana uncias duas.
Thuris purioris, unciam unam.

Coquantur leniter Oleum & Succus, ad hujus deperditionem: tum Cera in eodem Oleo liquetur: mox addantur pulveres tenuiſſimi, & jugi agitatione rudiculâ ligneâ ſubigantur, donec mixtura refrixerit, hoc modo abitura in Unguentum.

## UNGUENTUM ENULATUM.

℞ Radicum Enulæ in aceto minùs acri coctarum, contuſarum & per cribrum trajectarum, libram unam.
Terebinthinæ, eodem decocto lotæ, uncias duas.
Ceræ citrinæ, unciam unam.
Axungiæ porcinæ veteris, ſalitæ,
Olei veteris, ana uncias quatuor.
Salis communis, unciam dimidiam.

Axungiæ, Ceræ, & Oleo liquefactis adde Terebinthinam, Pulpam Enulæ, Salémque minutiſſimè pulveratum, & fac Unguentum ſ. a.

## UNGUENTUM ENULATUM CUM MERCURIO.

Fit ex priori Unguento, immixtis unciis duabus Hydrargyri, non ſolùm ſalivâ aut ſucco Limonum, ſed etiam totâ Terebinthinâ ad hoc ſervatâ, & Axungiæ parte, in mortario lapideo, indefeſſa agitatione extincti.

UN-

## UNGUENTUM LAURINUM VULGARE.

℞ Foliorum Lauri contuſ. libram unam.
Baccarum ejuſdem contuſ. libram dimidiam.
Folior. Braſſicæ, uncias quatuor.
Olei ex pedibus bovinis, libras quinque.
Sevi bovini, libras duas.
Coquantur ſimul & colentur, ut fiat Unguentum ſ. a.

## UNGUENTUM DE MINIO, ſeu RUBRUM CAMPHORATUM.

℞ Olei Roſacei, libram unam & dimidiam.
Minii, uncias tres.
Lithargyri, uncias duas.
Ceruſſæ, ſeſquiunciam.
Tutiæ, drachmas tres.
Camphoræ, drachmas duas.
Ceræ, ſeſquiunciam.
Pilâ & Piſtillo plumbeis fiat unguentum; Cerâ priùs liquatâ ad lentum ignem, adjectis mox reliquis tenuiſſimè tritis.

## UNGUENTUM è NICOTIANA ſeu PETO.

Succi depurati

℞ ~~Fol.~~ Peti, libras duas.
Axungiæ ſuillæ recentis diligenter lotæ, libram unam.
Contunde in mortario marmoreo, & adde Vini rubelli uncias tres. Macerentur ſimul totam noctem: tum coque leni foco, jugiter agitando, ad Vini abſumptionem. Colaturæ igni denuo impoſitæ adde
Succi Peti depurati, libram unam.
Terebinthinæ Venetæ, uncias quatuor.
Coque denuo ad Succi evaporationem. Demum adde
Rad. Ariſtolochiæ rotundæ pulv. uncias duas.
Ceræ citrinæ q. ſ.
F. Unguentum ſ. a.

## UNGUENTUM NUTRITUM, ſeu TRIPHARMACUM.

℞ Lithargyri Auri tenuiſſimè lævigati, libram dimidiam.
Aceti Vini, uncias quinque.
Olei roſati, libram unam.
Nutriatur in mortario Lythargyrus, viciſſim affuſo modò Oleo, modò Aceto; donec continuâ agitatione Acetum ampliùs non compareat, & unguentum evadat albidum.

## UNGUENTUM OPHTHALMICUM.

℞ Sevi Vervecini in aq. Plantaginis & roſarum optimè loti, unciam unam.
Lapid. Calaminaris,
Tutiæ præpar. ana ſcrupulos duos.
Plumbi albi loti, drachmas duas.
Miſce diutinâ agitatione, ut F. Unguentum ſ. a.

UN-

## UNGUENTUM EX OXYLAPATHO.

℞ Radicis Oxylapathi in aceto ad putrilaginem coctæ, & per ſetaceum trajectæ,
Flor. Sulphuris in ſucco Limonum abluti, ana ſeſquiunciam.
Axungiæ ſuillæ in ſucco Scabioſæ ſæpius lotæ, libram dimidiam.
Unguenti Populnei ſucco Enulæ nutriti, ſemunciam.
Olei ligni Rhodii guttulas aliquot. Omnibus in mortario ſubactis, fiat Unguentum ſ. a.

## UNGUENTUM è PLUMBO.

℞ Olei Roſacei, uncias ſex.
Plumbi uſti,
Lithargyri, ana drachmas decem.
Terebinthinæ, unciam unam.
Ceruſſæ,
Antimonii, ana ſemunciam.
Ceræ albæ, uncias duas.
Fiat Unguentum ſ. a in mortario plumbeo optimè agitando.

## UNGUENTUM POMATUM.

℞ Axungiæ Porcinæ recentis, libras tres.
Sevi Ovilli recentis, uncias novem.
Pomorum (vulgò Pome-Waters) excorticatorum & conciſorum, libram unam & uncias novem.
Aquæ Roſarum odoratiſſimæ, uncias ſex.
Radicis Ireos Florentinæ craſſiuſculè pulveratæ, drachmas ſex.
Bulliant ſimul in B.M. donec Poma liqueſcant. Dein cola ſine expreſſione, & ſervetur uſui. Interim caleſiat denuo parùm, & novâ aquâ Roſaceâ lavetur, addantúrque ſingulis ejus libris Olei ligni Rhodii guttulæ duodecim.

## ALIUD SIMPLICIUS.

℞ Adipis Hædini recentis, aquâ Roſaceâ macerati, libras quinque.
Camphoræ, unciam unam ſemis.
F. ſ. a. Unguentum.

## UNGUENTUM POTABILE.

℞ Butyri recentis inſulſi, ſeſquilibram.
Spermatis Ceti,
Rubiæ Tinctorum,
Radicum Tormentillæ,
Caſtorei, ana unciam dimidiam.
Bulliant, ut decet, in Vini odorati q. ſ. donec vinum abſumatur, & fiat Unguentum ſ. a.

## UNGUENTUM RESINUM.

℞ Reſinæ Pini puriſſ.
Terebinthinæ,
Ceræ citrinæ lotæ,
Olei puri, ana partes æquales.

Cera & Reſina in Oleo liqueſcant: dein additâ Terebinthinâ, omnia percolentur, & ad ignem lenem bulliant, ut decet.

## UNGUENTUM ROSATUM.

℞ Axungiæ porcinæ recentis, à membranis liberatæ & optimè lotæ, libram unam: additáque
Roſarum rubrarum recentium, librâ unâ,

Marceſcant ſeptiduum; dein coquantur leni igne, & colentur: rurſus cum pari admiſtione Roſarum recentium contuſ. totidem dies macerentur: tum coquantur, & colentur ut priùs. Tandem affunde Succi Roſarum rubrarum, uncias ſex. Olei Amyg. dulc. uncias duas. Coque miti igne ad Succi abſumptionem: coletur; fiátque Unguentum ſ. a.

## UNGUENTUM RUBRUM DESICCATIVUM.

℞ Olei Roſati Omphacini, libram unam.
Ceræ albæ, uncias quinque.

Liquatis inſperge, in mortario plumbeo,
Terræ Lemniæ, vel Boli Armenæ,
Lapidis Calaminaris ſubtiliſſimè pulverat. [redacted] uncias quatuor.
Lithargyri auri,
Ceruſſæ, ana uncias ſex.
Caphoræ, drachmam unam.

Fiat Unguentum ſ. a.

## UNGUENTUM RUTACEUM.

℞ Fol. Rutæ viridis, manip. quatuor.
Origani,
Pulegii,
Menthæ,
Abſinthii,
Salviæ, ana manip duos.

Contuſis in mortario lapideo, adde Axungiæ ſuillæ ſalſæ, ſive veteris, libras tres.

Digerantur quatriduum in fimo vaſe fictili, donec liqueſcat Axungia. Tum torculari validè exprimatur. Poſtea addantur novæ herbæ, fiátque quater, ut antea.

℞ hujus Valentiæ, uncias ſedecim.
Medullæ Cervinæ,
Olei Laurini, ana uncias quatuor.
Gum. Tacamahacæ,
Elemi, ana uncias tres.
Olei Nucis Moſchatæ per expreſ. uncias duas.
Bac. Juniperi,
Roriſmarini,

Spicæ,

Spicæ,
Petrolei, ana unciam.
Saponis Veneti, uncias ſex.
Eſſentiæ Caſtorei extractæ cum Spir. Vini opt. uncias duas.

Miſce, & lento igne liquatis liquandis, Oleis verò ſub finem mixtionis additis, fiat ſ. a. Unguentum, ſive Balſamum.

## UNGUENTUM è SOLANO.

℞ Succi è Solano,
Lithargyri loti, ana uncias quinque.
Ceruſſæ lotæ, uncias octo.
Ceræ albæ, uncias ſeptem.
Thuris pulverati, drachmas decem.
Olei Roſacei, pluries in aqua ſimplice loti, libras duas.

Fiat Unguentum ſ. a.

## UNGUENTUM TUTIÆ.

℞ Tutiæ præparatæ, uncias duas.
Lapidis Calaminaris, bis térve uſti & extincti in aqua Plantaginis, unciam unam.

Pulverentur tenuiſſimè, & cum unguenti Roſacei ſeſquilibra.
Fiat Unguentum ſ. a.

## VALENTIA SCABIOSÆ.

Celebre inter noſtrates Chirurgos, ante trecentos ferè annos, Unguentum: utì etiam

## TAPSIVALENTIA, & TAPSIMEL, quæ proximè ſequuntur.

℞ Succi virentis Scabioſæ, prelo expreſſi, & per pannum colati,
Axungiæ Porcinæ mundatæ, ana q. v.

Contundatur Axungia in pila lapidea, elato, non in orbem acto, piſtillo; paulatímque interea affundatur ſuccus, commodioris miſturæ & tincturæ causâ. Mox ſimul in vas idoneum, Soli obvertendum, conjicito; &, ut ſuccus Axungiam ſupereminceat, curato. Exactis, in hunc modum, novem diebus, ad pilam & piſtillum, ut antè, revocata, ejiciatúrque, quam contundendo, non differendo expreſſiſti, tenuis & decolor humiditas; rurſúmque, per quinque dies, in ſuo vaſe, recondatur Axungia. Quibus elapſis, contunde de novo, ſenſímque admiſce recentem Scabioſæ ſuccum; iterúmque, poſt quindecim dierum, in Sole & ſuo vaſe, moram, ab aquoſa humiditate, ut priùs, liberetur. Tandem cum recenti ſucco, in alios quindecim dies, reponatur; &, quintâ demum vice, diligenter contuſa, in vaſe vitreo vel invitreato, ſervetur uſui.

## TAPSIVALENTIA.

℞ Succi Tapſi Barbati,
Axungiæ Porcinæ, ana q. v.

Mundetur Axungia, fruſtatimque concidatur; &, cum ſucco expreſſo & colato, ſedulò contundatur, ut in proximè præcedenti unguento dictum eſt. Hinc ſervetur, in vaſe idoneo, in nonum decimúmve diem. Dein bis porrò, ſemel cum recenti ſucco, donec penitùs vireſcat; atque iterum ſine ſucco (adeóque effuſo, quicquid innatat prioris) ſtrenuè contuſa, in uſum (ut decet) recondatur.

## TAPSIMEL.

℞ Succi Chelidoniæ,
Tapſi Barbati, ana partem unam.
Mellis deſpumati, partes duas.

Coque ſenſim, donec ſucci evanuerint; additiſque (præcipiente Artifice) Vitriolo & Alumine combuſtis, & Atramento, rurſum coque, ut fiat Unguentum ſ. a.

# UNGUENTA MAGIS COMPOSITA.

## UNGUENTUM ADSTRINGENS.

℞ Olei Roſati in aqua aluminoſa ſæpe loti, ſeſquilibram.
Ceræ albæ, uncias quatuor.
Gallarum immaturarum,
Nucum Cupreſſi,
Baccarum Myrti,
Balauſtiorum,
Malicorii,
Cort. Glandium,
Acaciæ,
~~Rhois,~~ Sumach.
Maſtiches, ana unciam unam.

Omnia optimè trita macerentur in ſuccis Meſpilorum & Sorborum per quatriduum; dein ſiccentur igne miti; ſicque cum Oleo & Cera, F. Unguentum ſ. a.

## UNGUENTUM AGRIPPÆ.

℞ Radicum Bryoniæ, libras duas.
Cucumeris agreſtis, libram unam.
Laminarum Scillæ, libram dimidiam.
Radicum Ireos noſtratis recentis, uncias tres.
Radicum Filicis maris,
Ebuli,
Tribuli aquatici, vel Ari, ana uncias duas.

Tuſa omnia recentia macerentur, diebus ſex ſeptémve, in Olei veteris albiſſimi non rancidi, libris quatuor. Deinde parùm ferveſiant, & exprimantur; inque expreſſo oleo liqueſiant Ceræ albiſſimæ unciæ quindecim, & fiat Unguentum ſ. a.

## UNGUENTUM de ALABASTRO.

℞ Succi Chamæmeli, uncias quatuor.
Roſarum rubrarum,
Radicum Althææ, ana uncias duas.
Rutæ recentis,
Betonicæ, ana ſeſquiunciam.
Olei Roſacei omphacini, libram unam & dimidiam.
Alabaſtri puri ſubtiliſſimè pulverati, uncias tres.

Miſce, & mitte in ſequentem diem: tum coque, donec ſucci ab-

abſumantur; injectiſque Ceræ albæ unciis ſex, fiat Unguentum ſ.a.

## UNGUENTUM AMARUM.

℞ Olei Rutæ,
Sabinæ,
Menthæ,
Abſinthii,
Amygdalarum amararum, ana unciam unam & dimidiam.
Succi florum vel foliorum Perſicæ.
Abſinthii, ana ſemunciam.
Pulveris Rutæ,
Menthæ,
Gentianæ,
Centaurii minoris,
Tormentillæ, ana drachmam unam.
Sem. Caulium,
Pulpæ Colocynthidos, ana drachmas duas.
Aloës Hepaticæ, drachmas tres.
Farinæ Lupinorum, unciam dimidiam.
Myrrhæ, in aqua Graminis lotæ, ſeſquidrachmam.
Fellis Taurini, ſeſquiunciam.
Cum ſucci [illegible] q. ſ. & Ceræ uncia una & dimidia, Fiat Unguentum ſ. a.

## UNGUENTUM APOSTOLORUM.

℞ Terebinthinæ,
Reſinæ,
Ceræ flavæ,
Ammoniaci, ana drachmas quatuordecim.
Radicum Ariſtolochiæ longæ,
Thuris maſculi,
Bdellii, ana drachmas ſex.
Myrrhæ,
Galbani, ana unciam dimidiam.
Opopanacis, drachmas tres.
Æruginis, drachmas duas.
Lithargyri, drachmas novem.
Olei, libras duas.
Aceti q. ſ. Ammoniaco, Opopanaci & Galbano diſſolvendis.

Bdellium, Galbanum, Ammoniacum, & Opopanax macerentur horas duodecim in aceto, ſuper cineres calidos; tum ferveſiant: liquata colentur, & leni calore reducantur ad mellis ſpiſſitudinem: iiſdemque adhuc calentibus injiciatur Terebinthina.
Interea Lithargyrus, in tenuiſſimum pollinem radactus, in parte Olei blando igne nutriatur: dein paulatim reliquum Olei adjiciatur; tum eodem liqueſcat Cera, & Reſina craſſiuſculè trita. His ab igne ſemotis, Gummi, ut diximus apparata, commiſceantur. Mox Ariſtolochia, Myrrha, & demum Thus, & Viride æris, in pulverem redacta injiciantur, jugiter ſpathula agitando, ut conſiat Unguentum.

## UNGUENTUM AREGON.

℞ Summit. florent. Roriſmarini,
Majoranæ,
Serpylli,
Rutæ,
Radicum Ari,
Cucumeris agreſtis, ana uncias quatuor cum dimidia.
Foliorum Lauri,
Salviæ,
Sabinæ,
Rad. Bryoniæ, ana uncias tres.
Conyzæ,
Laureolæ, ana uncias novem.
Fol. Cucumeris aſinini,
Nepetæ, ana libram dimidiam.

Omnia Menſe Maio recenter collecta, eadémque expurgata, tuſa, totóſque dies ſeptem in Olei optimi libris quinque, & ſpiritûs Vini librâ unâ, macerata coque ſenſim donec contabeſcant, & humiditas aquea exſpiraverit. Hinc percoletur Oleum, in quo liquentur

Ceræ flavæ, unciæ quindecim.
Adipis Urſini,
Olei Laurini, ana unciæ tres.
Moſchelæi, uncia dimidia.
Petrolei, uncia una.
Butyri, unciæ quatuor.

Agita demum, & inſperge hos pulveres tenuiſſimè tritos,

Maſtiches,
Olibani, ana drachmas ſex.
Pyrethri,
Euphorbii,
Zingiberis,
Piperis, ana unciam unam.

M. Fiat Unguentum ſ. a.

## UNGUENTUM de ARTANITA.

℞ Succi Artanitæ. i. Cyclaminis; vel, in ejus defectu, Decocti Radicum validi, libras tres.
Succi Cucumeris agreſtis,
Butyri Vaccini, ana libram unam.
Olei Irini, libras duas.
Pulpæ Colocynthidos, uncias quatuor.
Polypodii, uncias ſex.
Euphorbii, unciam dimidiam.

Polypodium & Euphorbium accuratè contundantur, ac minutiſſimè concidatur Colocynthis; tum macerentur omnia ſimul in vaſe vitreato arctè clauſo per octiduum. Poſtea coquantur in duplici vaſe, donec ſucci ferè evanuerint: hinc exprimantur, & in expreſſo liquefiant

Ceræ flavæ, unciæ quinque.
Tepentibus adhuc immiſce primùm
Sagapeni in aceto ſoluti,
Fellis Taurini, ad Mellis ſpiſſitudinem in Balneo cocti, ana unciam unam.

Deinde inſperge, quæ ſequuntur, pulverata;

Scammonii,
Turpeti,
Colocynthidos,
Baccarum, vel foliorum Mezeræi,

Aloës,

Aloës, ana drachmas ſeptem.
Salis Gemmæ, ſemunciam.
Euphorbii,
Piperis longi,
Myrrhæ,
Zingiberis,
Florum Chamæmeli, ana drachmas tres.
M. Fiat Unguentum ſ. a.

## UNGUENTUM CATAPSORAS.

℞ Ceruſſæ, in aqua Portulacæ priùs lotæ, deinde in Aceto (poſt maceratas in eo Raphani ſylveſtris radices) expreſſo,
Lapidis Calaminaris,
Chalciteos, ana drachmas ſex.
Plumbi uſti,
Sanguinis Hircini, ana ſemunciam.
Argenti vivi ſublimati, unciam unam.
Succorum Sempervivi,
Solatri,
Plantaginis, ana uncias duas.
Axungiæ Porcinæ à pelliculis mundatæ, libras tres.
Olei Violarum,
Papaveris,
Mandragoræ, ana unciam unam.
Primò Sublimatum & Axungia; deinde Olea, Succi, & Pulveres ritè miſceantur, ut
Fiat Unguentum ſ. a.

## UNGUENTUM CITRIUM.

℞ Axungiæ porcinæ recentis, ſeſquilibram.
Adipis Gallinacei, unciam.
Corticum Citri exteriorum contuſ. libram.
Macerentur diu in loco tepido: dein factâ expreſſione colentur. Tum adde
Sevi Caprini, vel Cervini ſeſquiunciam.
Sacchari Saturni cum aqua Roſarum ſoluti, uncias duas.
Fæculæ Serpentariæ, vel Bryoniæ, unciam.
Agitentur diu multúmque ſimul; iterúmque adde
Corallorum alborum, ſemunciam.
Umbilicorum marinorum,
Cryſtalli,
Dentalis, ſive Concharum Veneris,
Antalis, vel Porcellanarum, præp. ana drachmas tres.
Alabaſtri albi in aceto deſtil. cocti, & ad ſiccitatem evaporatione reducti, drachmas duas.
Tragacanthæ albiſ. cum aqua Roſ. in mucilag. ſpiſſam ſolutæ,
Amyli,
Nitri,
Thuris albi, ana ſubtil. pulv. drachmas tres.
Boracis Ven. albæ tritæ, drachmas duas.
Camphoræ in Spir. Roſarum,

vel ipſa Axungia porcina ſolutæ, ſeſquidrachmam.
F. ſ. a. Unguentum.

## UNGUENTUM COMITISSÆ.

℞ Corticis mediani { Glandium quernarum, Caſtanearum, Quercus arboris, Fabarum, minorum & nigrarum.
Baccarum Myrti,
Caudæ Equinæ,
Gallarum imperforatarum, & viridium,
Acinorum Uvarum,
Sorborum immaturorum ſiccorum,
Meſpilorum immaturorum,
Foliorum Pruni ſylveſtris,
Radicum Biſtortæ,
Tormentillæ, ana ſeſquiunciam.
Terantur omnia craſſiuſculè, & in aquæ Plantaginis libris decem coquantur ad medias. Deinde
℞ Ceræ Citrinæ novæ, uncias octo cum dimidia.
Olei Myrtini ſimplicis, libras duas ſemis.
Succi Hypociſtidis, ſemunciam.
Liquentur hæc, laventúrque novies, decocto ſuperiori toties diviſo.
Lotis autem & liquatis inſperge pulveris ſubtilis
Corticum media-norum { Glandium, Caſtanearum, Quercûs Arboris,
Gallarum imperforatarum,
Cineris oſſium cruris bubuli,
Baccarum Myrti,
Acinorum Uvarum immaturarum,
Sorborum immaturorum ſiccorum, ana unciam dimidiam.
Trochiſcorum de Carabe, uncias duas.
M. & cum Olei Maſtichini illoti q. ſ.
Fiat Unguentum ſ. a.

## UNGUENTUM HÆMORRHOIDALE.

℞ Mucilaginis è Sem. Pſyllii, Cydoniorum, extractæ aquâ Solani, ana ſemunciam.
Olei Roſacei completi, unciam.
Vitellum unius Ovi,
Pinguedinis gallinæ, drachmas duas.
Agitentur ſimul in mortario plumbeo, cum piſtillo plumbeo; addendo Ceræ citrinæ liquatæ parum.
M. F. Unguentum ſ. a.

## UNGUENTUM MARTIATUM.

℞ Foliorum Lauri recentium, libras tres.
Rutæ hortenſis, libras duas & dimidiam.

Majoranæ, libras duas.
Menthæ, libram unam.
Salviæ,
Abſinthii,
Balſamitæ,
Ocimi, ana libram dimidiam.
Olei Olivarum, libras viginti.
Ceræ citrinæ, libras quatuor.
Vini Malvatici, libras duas.
Ex tuſis, maceratis, coctis, & expreſſis, ut decet; fiat Unguentum ſ. a.

## UNGUENTUM MASTICHINUM.

℞ Olei Maſtichini,
Abſinthii,
Nardini, ana unciam unam. duas
Pulv. Maſtiches,
Menthæ,
Roſarum rubrarum,
Coralii rubri,
Caryophyllorum,
Cinnamomi,
Ligni Aloës,
Schœnanthi, ana drachmam unam.
Ceræ q. ſ.
Fiat Unguentum ſ. a.

## UNGUENTUM DE MUCILAGINIBUS.

℞ Olei Liliorum alborum,
Irini,
Violarum,
Chamæmeli, ana uncias ſex.
Mucilag. Sem. Lini,
Cydoniorum,
Fœnugræci,
Rad. Althææ, ana uncias quatuor.
Pinguedinis Anatis,
Gallinæ, ana uncias quinque.
Ceræ albæ, libram.
M. Fiat lege artis Unguentum.

## MUNDIFICATIVUM EX APIO.

℞ Succi Apii, libram unam.
Mellis, uncias novem.
Farinæ triticeæ, uncias tres.
Coquantur donec ſpiſſeſcant.
F. Unguentum ſ. a.

## UNGUENTUM NEAPOLITANUM.

℞ Axungiæ Suillæ, ſucco Salviæ lotæ, libram unam.
Hydrargyri per alutam trajecti, uncias quatuor.
Olei Laurini,
Chamæmelini,
Lumbricorum, ana uncias duas.
de Spica, ſeſquiunciam.
Spiritûs Vini, unciam unam.
Cera flavæ, uncias duas.
Terebinthinæ, ſucco Enulæ lotæ, uncias tres.
Pulveris Chamæpityos,
Salviæ, ana drachmas duas.
Axungia cum Salviæ ſucco leni igne ferveſiat, ad hujus diſſipationem: admiſceantur Olea Chamæm. Lumbric. de Spica, & Cera. Agitentur ſpathulâ, donec Cera probè liquata & commixta

mixta fuerit. Tum ab igne ſemotis, Laurinum adjungatur. Interea Mercurius cum Axungiæ parte & Terebinthina extinctus in mortario accuratè ducatur. Poſtea totum, ſimul agitando, commiſceatur. Tandem addantur pulveres & Spir. Vini; rurſúſque agitatione multâ Fiat ex arte Unguentum.

## UNGUENTUM NERVINUM.

℞ Foliorum Paralyſeos cum floribus,
Salviæ,
Chamæpityos,
Roriſmarini,
Lavendulæ,
Lauri, cum Baccis,
Chamæmeli,
Rutæ,
Apii,
Meliloti cum flore,
Abſinthii, ana manipulum unum.
Menthæ,
Betonicæ,
Pulegii,
Petroſelini,
Centaurii minoris,
Hyperici, ana manipulum dimidium.
Olei ex pedibus Ovinis, vel Bovinis, libras quinque.
Sevi Ovini, vel Bovini, vel alterutrius Medullæ, libras duas.
Olei de Spica, unciam dimidiam.

Contuſis coctíſque herbis cum Oleis &Sevis,fiat Unguentum ſ.a.

## UNGUENTUM PECTORALE.

℞ Butyri recentis, aquâ Violarum loti, uncias ſex.
Olei Amygdalarum dulcium, uncias quatuor.
Chamæmelini,
Violacie,ana uncias tres.
Adipis Gallinæ,
Anatis,ana uncias duas.
Radicum Ireos,drachmas duas.
Croci, drachmam dimidiam.
Ceræ albæ, uncias tres.
Tenuiſſimè pulveratis Iride & croco, liquatíſque reliquis, fiat Unguentum ſ. a.

## UNGUENTUM POPULNEUM.

℞ Gemmarum Populi nigræ recentium, ſeſquilibram.
Foliorum Violarum,
Umbilici Veneris muralis, ana uncias tres.
Axungiæ Porcinæ recentis & inſulſæ, à membranulis liberatæ, & lotæ, libras duas.
Contuſis, miſtis, ſimúlque maceratis in Menſem Maii, adde
Cymarum Rubi tenerrimarum,
Foliorum Papaveris nigri,
Mandragoræ, vel baccarum & foliorum Sambuci montanì.

Hyoſcyami,
Solani,
Lactucæ,
Semper- { majoris,
vivi { minoris,
Bardanæ majoris,
ana uncias tres.

Contuſa denuò ſimúlque permiſta omnia, & affusâ, poſt decimum diem,

Aquæ roſarum, librâ unâ.

Coque leni foco ſpathula continuè agitando donec omnis ſuperflua humiditas abſumatur: hinc colentur, & torculari exprimantur, ut

Fiat Unguentum ſ. a.

## UNGUENTUM RESUMPTIVUM.

℞ Axungiæ Porcinæ recentis, uncias tres.
Adipis Gallinæ,
Anſeris,
Anatis, ana uncias duas.
Oeſypi humidæ, unciam dimidiam.
Olei Amygdalarum dulc.
Chamæmelini,
Anethini, ana uncias duas.
Butyri recentis inſulſi, libram unam.
Ceræ citrinæ, uncias ſex.
Mucilag. Gum. Tragacanthæ,
Arabici,
Semin. Cydoniorum,
Lini,
Radic. Biſmalvæ,
ana ſeſquiunciam.
Sem. Fœnugræci, unciam dimidiam.

Cera fruſtulatim diviſa cum Oleis primum liquanda, dein Butyrum & Axungiæ: liquefactis ſimul omnibus œſypus addatur, & ſpathulâ agitetur. Ab igne ſemotis, refrigeratis, & probè mixtis, Mucagines aquâ Roſaceâ extractæ commiſceantur, & rudiculâ moveantur, ut ſpiſſitudinem idoneam acquirant. F. Unguentum, utendi tempore parandum.

## UNGUENTUM SPLANCHNICUM.

℞ Olei Capparum, unciam unam.
Liliorum alborum,
Chamæmelini,
Butyri recentis ab agitatione,
Succi Bryoniæ,
Cyclaminis, ana ſemunciam.

Coctis ad Succorum exhauſtum adde

Gummi Ammoniaci aceto ſoluti, drachmas duas & dimidiam.
Pinguedinis Gallinæ,
Oeſypi,
Medullæ cruris Vituli, ana ſemunciam.
Pulv. Cortic. { Tamariſci,
Rad. { Capparum,
Radicum Filicis,
Ceterach, ana drachmam unam.
Semin. Agni Caſti,
Geniſtæ,

Geniſtæ, ana ſcrupulum unum.
Ceræ quantitatem ſufficientem.
Fiat Unguentem ſ. a.

## UNGUENTUM SPLANCHNICUM MAGISTRALE.

℞ Corticis Rad. Capparum drachmas ſex.
Rad. Bryoniæ,
Iridis Florentinæ,
Farinæ Sem. Fœniculi dulcis,
Ammoniaci aceto ſoluti, ana ſemunciam.
Comarum Abſinthii,
Florum Chamæmeli, ana drachmam unam.
Unguenti è ſuccis aperitivis,
è floribus Aurantiorum, ana drachmas ſex.
Olei Irini,
Capparum, ana uncias duas cum ſemiſſe.
Pulverentur pulveranda, & cribrentur; cæteríſque in mortario calido diligenter admixtis,
Fiat Unguentum ſ. a.

## UNGUENTUM è SUCCIS.

℞ Olei Roſati opt. libram.
Ceræ albæ novellæ, uncias octo.
Fol. Plantaginis,
Solani,
Oxylapathi,
Centaurii min, ana manipulos duos.
Cera cum Oleo leni igne liqueſcat. Addantur poſtea herbæ, bulliántque donec probè decoctæ fuerint. Poſtea colentur, torculárique exprimantur. Expreſſum, abjectis herbis, denuo moderatè ferveat, donec omnis aquea humiditas abſumpta fuerit, & ſolidiuſculam Unguenti formam acquiſiverit: quo fere jam refrigerato, Camphoræ pulveratæ ſemunciam inſpergito, tamdiúque agita donec refrixerit.

## UNGUENTUM è SUCCIS APERITIVIS.

℞ Succi Ebuli, uncias octo.
Apii,
Petroſelini, ana uncias quatuor.
Abſinthii,
Ireos, ana uncias quinque.
Olei communis, libram dimidiam.
Liliorum alborum, uncias decem.
Abſinthii,
Chamæmelini, ana uncias ſex.
Pinguedinis Anatis,
Gallinæ, ana uncias duas.
Coquantur ſimul lento igne, donec ſucci abſumantur. Dein cola, & cum
Ceræ albæ, unciis ſeptem,
Aceti Vini albi tantillo,
Fiat Unguentum ſ. a.

UN-

## UNGUENTUM SUMACH.

℞ Sumach,
Gallarum immaturarum,
Baccarum Myrti,
Balauſtiorum,
Malicorii,
Corticum Glandium,
Nucum Cupreſſi,
Acaciæ veræ, vel Germanicæ,
Maſtiches, ana drachmas decem.
Ceræ albæ, uncias quinque.
Olei roſati, in Aqua aluminoſa ſæpius loti, libram unam, & uncias decem.

Pulverandorum fiat pulvis tenuiſſimus, quatuórque dies integros maceretur in ſucci Meſpilorum & Sorborum immaturorum ana q. ſ. Dein ſiccetur ad ignem minùs acrem, & cum Oleo & Cera præſcriptis coque in Unguentum.

# CERATA.

# CERATA.

## CERATUM DE GALBANO.

℞ Galbani præparati, ſeſquiunciam.
Terebinthinæ, unciam.
Aſæ fœtidæ, unciam dimidiam.
Bdellii, drachmam unam.
Myrrhæ rubeæ, drachmas duas.
Ceræ, uncias duas.
Sem. Dauci, ſcrupulum unum.
Fol. Matricariæ,
Artemiſiæ, ana drachmam dimidiam.

Gummi diſſolvantur in aceto, præter Aſam fœtid. quæ cum Terebinthina ſolvatur; & fiat Ceratum ſ. a.

## CERATUM OESYPATUM.

℞ Oeſypi, uncias decem.
Olei Chamæmelini,
Irini, ana libram dimidiam.
Ceræ flavæ, uncias tres.
Reſinæ, ſemunciam.
Maſtiches,
Ammoniaci,
Terebinthinæ, ana unciam unam.
Spicæ Nardi, drachmas duas ſemis.
Croci, drachmam unam ſemis.
Styracis Calamitæ, unciam dimidiam.

Maſtiche, Spica, Crocus, & Styrax ſeorſim pulverata, commiſceantur: Ammoniacum, in aceto ſolutum, coletur, & coquatur ad mellis ſpiſſitudinem. Liquentur Cera & Reſina in Oleis: tum lebete ab igne ſemoto, immiſceatur Oeſypus, poſtea Ammoniacum & Terebinthina ſimul: tandem adjiciantur Pulveres; ut fiat Ceratum conſiſtentiæ idoneæ.

## CERATUM SANTALINUM.

℞ Santali rubri, drachmas decem.
albi,
citrini, ana drachmas ſex.
Roſarum rubrarum, ſeſquiunciam.
Boli Armenæ, drachmas ſeptem.
Spodii ex Ebore, ſemunciam.
Camphoræ, drachmas duas.
Ceræ flavæ, libram unam.
Olei Roſacei Omphacini, uncias ſex.

Santala ſimul terantur; Roſæ, Bolus, Ebur, & Camphora ſeorſim. Tum Cera in Oleo igne blando liqueſcat, & ubi aliquantum refrixerint, Pulveres commiſceantur, & poſtremò Camphora in Oleo ſoluta; optiméque ſubigendo omnia, Fiat Ceratum ſ. a.

EMPLA-

# EMPLASTRA.

## EMPLASTRUM ALBUM COCTUM, ſive de CERUSSA.

℞ Olei Roſacei Omphacini, libras duas.
Ceruſſæ, ſeſquilibram.
Ceræ albæ, uncias quatuor.

Ceruſſæ ſuper porphyritem ſubtiliſſimè trita, cacabo æneo immittatur, affuſóque ſucceſſivè Oleo, lento igne bulliant, aſſiduè agitando, donec detumuerint. Tum, ubi intepuerint, indatur paulatim Cera minutim conciſa, ut liqueſcat. Fiat ſ. a. Emplaſtrum.

## EMPLASTRUM EX AMMONIACO.

℞ Ammoniaci, Gummi colat. ℥vi
Furfuris frumenti optimè cribrati, ana unciam unam. simp.
Unguenti Dialthææ,
Emplaſtri Meliloti ~~compoſ.~~ Simpl.
Pulveris Rad. Bryoniæ,
Ireos, ana unciam dimidiam.
Pingued. Anatis,
Anſeris, una ℥x ſeſq.
Gallinæ, ana drachmas tres.
Gum Bdellii,
Galbani, ana drachmas ~~unam ſemis.~~ duas
Reſinæ ~~Pini,~~ Flava
Ceræ citrinæ, ana uncias quinque.
Olei Irini, Laurini.
Terebinthinæ, ana ſeſquiunciam. Bulliant et f. s. a. Empl.

Bulliant Pinguedines, & Oleum cum Mucilag. Sem. Lini, & Fœnugræci, ana unciis tribus, ad conſumptionem Mucilag. Colaturæ adde Ceram, Reſinam, Terebinth. Ung. Dialthææ cum Emplaſtro de Meliloto, & cùm incipit refrigeſcere, adjunge Ammoniacum in Aceto ſolutum, dein Bdellium pulveratum, cum reliquis pulveribus, ſic fiat Emplaſtrum ut artis eſt.

## EMPLASTRUM è BACCIS LAURI.

℞ Baccarum Lauri excorticatarum, uncias duas.
Thuris,
Maſtiches,
Myrrhæ, ana unciam dimidiam.
Cyperi,
Coſti,
Ceræ citrinæ,
Terebinthinæ,
Olei Laurini, ana unciam unam.
Mellis non deſpumati, & leviter tantùm calefacti, uncias quatuor.

Pulve-

Pulverentur ſimul ſubtiliſſimè Cyperus, Coſtus, & Baccæ Lauri, & cum melle calefacto excipiantur. Thus, Maſtiche, & Myrrha ſeorſim terantur, mellique adjungantur. Tum addantur Oleum Laurinum, Terebinthina, & Cera ſimul liquata;
Fiátque Emplaſtrum ſ. a.

## EMPLASTRUM BARBARUM MAGNUM.

℞ Picis ſiccæ, libras octo.
Ceræ Citrinæ, libras ſex, & uncias octo.
Reſinæ Pini, libras quinque, & uncias quatuor.
Bituminis Judaïci, vel Mumiæ, libras quatuor.
Olei, libram unam ſemis.
Æruginis æris,
Lithargyri,
Ceruſſæ, ana uncias tres.
Thuris, libram dimidiam.
Aluminis liquidi, vel Rupei, non uſti, ſeſquiunciam.
Sciſſilis, vel Rupei, uſti, uncias quatuor.
Opopanacis,
Squamæ æris,
Galbani, ana drachmas duodecim.
Aloës,
Opii,
Myrrhæ, ana unciam dimidiam.
Terebinthinæ, libras duas.
Succi Mandragoræ, vel Cort. rad. ſicc. drachmas ſex.
Aceti, libras quinque.

Lithargyrus, Ceruſſa, Oleum coquantur ad mellis ſpiſſitudinem. Pix liquefacta cum pulvere Bituminis incorporetur: tum addantur & coquantur alia ſ. a. donec Acetum conſumatur, addendo, ſub finem, Terebinthinam.

## EMPLASTRUM DE BETONICA.

℞ Betonicæ viridis,
Pimpinellæ,
Agrimoniæ,
Salviæ,
Pulegii,
Millefolii,
Centaurii min.
Conſolidæ majoris,
Gallitrici, ana uncias ſex.
Thuris,
Maſtiches, ana drachmas tres.
Ireos,
Ariſtolochiæ rotundæ, ana drachmas ſex.
Ceræ albæ,
Terebinthinæ, ana uncias octo.
Reſinæ Pini, uncias ſex.
Gum. Elemi,
Olei Abietini, ana uncias duas.
Vini albi, libras tres.

Herbæ in mortario probè contuſæ hebdomadem integram in vino albo macerentur, agitentur, & coquantur. Vino expreſſo, colato, & lento igne cocto ad tertiæ partis abſumptionem, adjiciatur Oleum Abietinum: dein Cera liquata; mox Reſinæ & Gummi; poſtea Terebinthina. His paulùm coctis, ab igne ſemotis,

motis, & ſenſim refrigeratis, addantur pulveres Ireos & Ariſtolochiæ, agitentúrque aſſiduè, ut fiat Emplaſtrum ſ. a.

## EMPLASTRUM CÆSARIS.

℞ Roſarum rubrarum, unciam unam ſemis.
Radic. Biſtortæ,
Nucum Cupreſſi,
Santalorum omnium,
Menthæ,
Sem. Coriandri, ana drachmas tres.
Maſtiches, ſemunciam.
Hypociſtidos,
Acaciæ,
Sang. Draconis,
Terræ ſigillatæ,
Boli veræ,
Corallii rubri, ana drachmas duas.
Terebinth. aq. Plantaginis lotæ, uncias quatuor.
Olei Roſacei, uncias tres.
Ceræ albæ, uncias duodecim.
Reſinæ Pini, uncias decem.
Picis, uncias ſex.
Succorum Plantaginis,
Sempervivi,
Telephii, ana unciam unam.

Ceræ, Reſinæ, Pici ſimul liquatis, adde Terebinthinam, & Oleum, deinde Hypociſt. & Acaciam in dictis ſuccis diſſolutas, & tandem Pulveres, ut fiat Emplaſtrum ſ. a.

## EMPLASTRUM CATAGMATICUM.

℞ Olei Roſacei, uncias quatuor.
Lithargyri auri, uncias tres.

Coquantur ad Emplaſtri conſiſtentiam. Remotis ab igne injice

Ceræ flavæ recentis, libram.
Terebinthinæ, uncias tres.
Olei Maſtichini, uncias duas.
Picis navalis, ſeſcunciam.
Colophoniæ, drachmas ſex.

Mixta & liquata ſimul ſeorſim ſerventur.

℞ Rad. Symphyti majoris,
Althææ,
Ligni Viſci quercini,
Fol. Plantaginis,
Chamæpityos,
Hyperici, ana manip. unum.

Additis Vini rubri & aquæ Fabrorum æquis partibus, fiat decoctum mucilaginoſum ad ſeſquilibram: cui inſuper adde

Mucilag. Sem. Cydoniorum, extractæ cum decocto Omaſorum, uncias tres.
Pulv. Balauſtiorum,
Roſarum rubr.
Myrtillorum, ana ſemunciam.
Mumiæ,
Sem. Hyperici, ana drachmas ſex.
Boli Armenæ,
Farinæ volatilis, ana ſeſquiunciam.
Sang. Draconis pulv. uncias duas.

Succi

Succi Acaciæ in decocto Ariſtolochiæ rot. ſoluti, ſemunciam.

Coque igne lento, continuè agitando, ad Cataplaſmatis ſpiſſioris conſiſtentiam. Tum adjice ſuperius mixtum Emplaſtrum; atque etiam,

Pulv. Maſtiches,
Thuris, ana ſeſquiunciam.
Succini præpar. drachmas ſex.

Factáque adhuc unâ vel alterâ ebullitione, & jugi agitatione; Fiat ſ. a. Emplaſtrum.

## EMPLASTRUM CEPHALICUM.

℞ Reſinæ claræ, uncias duas.
Picis nigræ, unciam unam.
Labdani,
Terebinthinæ,
Farinæ Fabarum,
Orobi,
Stercoris Columbini, ana unciam dimidiam.
Myrrhæ,
Maſtiches, ana drachmam unam ſemis.
Gum. Juniperi,
Nucis Moſchatæ, ana drachmas duas.

Diſſolvatur Myrrha cum Labdano in mortario calido, reliquiſque admiſtis, fiat Emplaſtrum ſ. a.

Si vis fortius, adde
Pulver. Euphorbii,
Pyrethri,
Piperis nigri, ana ſcrupulos duos.

## EMPLASTRUM è CICUTA CUM AMMONIACO.

℞ Succi foliorum Cicutæ, uncias quatuor.
Aceti Scillit.
Gum. Ammoniaci, ana uncias octo.

Diſſolvatur Gummi in Succo, & Aceto, poſt debitam infuſionem; dein colentur, & reducantur in conſiſtentiam Emplaſtri ſ. a.

## EMPLASTRUM è CINNABARI.

℞ Cinnabaris, ſeſquiunciam.
Euphorbii,
Auripigmenti, ana drachmas duas ſemis.
Pulverentur ſubtiliſſimè, & uniantur cum
Galbani colati,
Picis Burgund. ana unciis duabus cum ſemiſſe.
Emplaſtri è Mucilaginibus, unciis tribus.
Ung. Ægyptiaci, ſemunciâ, & fiat Emplaſt. ſine Coctione.

## EMPLASTRUM è CRETA.

℞ Ceruſſæ, uncias quatuor.
Cretæ, ſeſcunciam.
Axungiæ Suillæ, unciam unam.

M. F. Emplaſtrum ſ. a.

## EMPLASTRUM è CRUSTA PANIS.

℞ Maſtiches,
Menthæ,
Myrrhæ,
Nuc. Moſchat. ana ſemunciam.
Caryophyllorum, ana drachmas tres.
Fl. Roſarum rubr. pulverat. unciam.
Cruſtæ panis toſtæ, & in Aceto Roſaceo ad Pulticulæ conſiſtentiam coctæ, uncias tres.
Terebinthinæ claræ, uncias duas.
Styracis Calamitæ, in Terebinthina ſolvendæ, ſemunciam.
Olei Maſtichini,
Labdani,
Ceræ flavæ recentis, ana unciam.
Fiat ex arte Emplaſtrum.

## EMPLASTRUM è CYMINO.

℞ Sem. Cymini,
Bacc. Lauri,
Ceræ Citrinæ, ana libram unam.
Reſinæ Pini, libras duas.
Communis, libras tres.
Olei Anethini, ſelibram.
Miſce, Fiat Emplaſtrum.

## EMPLASTRUM DIACHALCITEOS.

℞ Axungiæ Porcinæ veteris inſulſæ, & à membranis purgatæ, libras duas.
Olei Olivar. veteris,
Lithargyri Auri, triti,& cribrati, ana libras tres.
Vitrioli albi uſti, & pulverati, uncias quatuor.
Lithargyrum, Axungia, & Oleum ſimul coquantur lento igne ( cum momento aquæ Plantaginis ) Spathula ſemper agitando ad conſiſtentiam Emplaſtri; cui ab igne remoto injiciatur Vitriolum, & fiat Maſſa ſ. a.

## DIACHYLON SIMPLEX.

℞ Mucilag. Sem. Fœnugræci,
Lini,
Rad. Althææ, ana libram unam.
Olei veteris clari, libras tres.
Lithargyri auri, ſeſquilibram.
Ut habeas dictam Mucilag. quantitatem, accipe Sem. Fœnugræci, Lini,rad. Althææ, ana uncias tres, Aquæ communis, libras ſex. Lithargyrus autem tenuiſſimè teratur, & cum Oleo diu ſubigatur: pòſt igne lento coquatur, ſpathâ ſemper agitando, donec craſſeſcat, & Mellis conſiſtentiam acquirat. Tum ab igne depoſita paulatim frigeſcat: demum Mucilagines additæ permiſceantur, & decoquantur leni calore, ad aquoſioris partis exhalationem. Fiátque Emplaſtrum ſ. a.

DIA-

## DIACHYLON IREATUM.

Adde Pulveris Ireos unciam unam ſingulis libris Diachyli ſimplicis, & erit Ireatum.

## DIACHYLON MAGNUM.

℞ Mucilag. Uvarum paſſarum,
Caricarum pinguium,
Radic. Althææ,
Sem. Lini,
Fœnugræci,
Viſci Aucupum,
Succi Ireos,
Scillæ,
Oeſypi, vel Olei ex pedibus ovillis, ana unciam unam ſemis.
Olei Irini,
Chamæmelini,
Anethini, ana uncias octo.
Lithargyri Auri tenuiſſimè pulverati, libram unam.
Terebinthinæ, uncias tres.
Reſinæ Pini,
Ceræ flavæ, ana uncias duas.

Lithargyrus ſubtiliſſimè tritus, & cum Oleo diu agitatus ac nutritus, coquatur leni foco, aſſiduè movendo, donec craſſeſcat. Tum, ablato ab igne lebete, ubi aliquantum refrixerit, addantur mucilagines, cum Oleis priùs coctæ ac colatæ, & lentè coquantur ad humiditatis ſuperfluæ evaporationem. Poſt adjiciantur Viſcum & Oeſypus cum ſuccis Ireos & Scillæ diſſolutæ; coquantúrque ad ſuccorum abſumptionem. His omnibus adhuc ferventibus Cera liquanda & Reſina. Mox igni ſubtractis Terebinthina commiſcenda, aſſiduè movendo, ut tota mixtura idoneam obtineat Emplaſtri conſiſtentiam.

## DIACHYLON MAGNUM CUM GUMMI,

℞ Galbani colat. ℥ij. ut hodie.

℞ Bdellii,
Sagapeni,
Ammoniaci, ana uncias duas.

Diachyli magni Maſſæ addantur vino priùs ſoluta, colata, & ad Mellis craſſitiem cocta; ſic fiat Diachylon cum Gummi.

## DIACHYLON COMPOSITUM, SIVE EMPLASTRUM è MUCILAGINIBUS.

℞ Mucilaginis Cortic. mediani Ulmi,
Rad. Althææ,
Sem. Lini,
Fœnugræci,
ana uncias quatuor ſemis.
Olei Chamæmelini,
Liliorum,
Anethini, ana ſeſquiunciam.
Ammoniaci,
Galbani,
Sagapeni,
Opopanacis, ana ſemunciam.

Ceræ

Ceræ citrinæ, uncias viginti.
Terebinthinæ, uncias duas.
Croci, drachmas duas.

Mucilagines, aquâ extractæ, cum Oleis leni igne coquantur, ad aqueæ humiditatis prorſus abſumptionem. His Cera, fruſtulatim ſecta, liquetur, & ſpatha agitetur. Ab igne ſemotis, ubi intepuerint, adjiciantur paulatim Gummi, in Terebinthina ſoluta, rudiculâ accuratè verſando: tandem Crocus ſubtiliter tritus commiſceatur. Ut Emplaſtri Maſſa idonea conficiatur.

## EMPLASTRUM DIAPHOENICON CALIDUM.

℞ Ceræ citrinæ, uncias duas.
Reſinæ Pini,
Picis, ana uncias quatuor.
Olei Roſacei,
Nardini, ana unciam unam.
Simul liquatis adde
Pulpæ Dactylorum in vino odoro maceratorum, uncias quatuor.
Carnis Cydoniorum in vino rubro coctorum, unciam unam.
Dein pulveres ſequentes.

℞ Panis bis cocti in vino generoſo macerati, & exiccati, uncias duas.
Maſtiches, unciam unam.
Thuris,
Fol. Abſinthii,
Fl. Roſarum rub.
Spicæ Nardi, ana drachmas duas ſemis.
Ligni Aloës,
Macis,
Myrrhæ,
Aloës Hepaticæ,
Acaciæ,
Trochiſc. Galliæ Moſchatæ,
è Terra Lemnia,
Calami aromat. ana drachmam unam.
Labdani, uncias tres.

M. F. Empl. ſ. a.

## DIAPHOENICON FRIGIDUM.

℞ Ceræ, uncias quatuor.
Pacis navalis, uncias quinque.
Labdani, uncias tres ſemis.
Terebinthinæ, ſeſquiunciam.
Olei Roſacei, uncias ſeptem.
Hiſce liquatis adde
Pulpæ Dactylorum maturitati proximorum in vino auſtero coctorum, uncias quatuor.
Carnis Cydoniorum pariter coctorum.
Panis bis cocti in vino rubro ſæpius macerati, & exiccati, ana unciam unam.
Styracis Calamitæ colatæ,
Acaciæ,
Omphacii,
Balauſtiorum,
Santal. Citrini,
Trochiſc. è Terra Lemnia,
Myrrhæ,
Lign. Aloës, ana ſemunciam.
Maſtiches,
Roſarum rub. ana ſeſquiunciam.

Vini

Vini auſteri q. ſ. ad ſuccorum ſolutionem.
M. F. Emplaſtrum ſ. a.

## EMPLASTRUM DIVINUM.

℞ Magnetis, uncias quatuor.
Ammoniaci, uncias tres, & drachmas duas.
Bdellii, uncias duas.
Galbani,
Myrrhæ, ana drachmas decem.
Olibani, drachmas novem.
Opopanacis,
Maſtiches,
Ariſtolochiæ longæ,
Viridis Æris, ana unciam unam.
Lithargyri auri,
Olei communis, ana libram unam ſemis.
Ceræ novæ, uncias octo.

Lithargyrus tenuiſſimè pulveratus cum Oleo nutriendus, & leni igne coquendus ad mellis ſpiſſitudinem: tum Cera addatur; eáque liquatâ, ab igne auferatur, & adjiciantur Gummi in Vino, vel Aceto diſſoluta, & colata; dein pulvis Myrrhæ, Maſtiches, Thuris, Ariſtolochiæ, & Magnetis; poſtremò Æruginis, & F. Emplaſtrum ſ. a.

## EMPLASTRUM EPISPASTICUM. primum

℞ Emplaſtri de Meliloto ſimpl. uncias duas.
Terebinthinæ Venet.
Cantharidum integrarum, ana unciam unam.
Picis Burgundicæ, drachmas tres.
M. F. Emplaſtrum ſ. a.

## EMPLASTRUM à NOSTRATIBUS, FLOS UNGUENTORUM DICTUM.

℞ Reſinæ,
Reſinæ Pini,
Ceræ Citrinæ,
Sevi Ovilli, ana libram ſemis.
Olibani, uncias quatuor.
Terebinthinæ, uncias duas ſemis.
Myrrhæ,
Maſtiches, ana unciam unam.
Camphoræ, drachmas duas.
Vini albi, libram ſemis.
Coque in Emplaſtrum.

## EMPLASTRUM DE GUMMI ELEMI.

℞ Gum. Elemi, uncias quatuor.
Reſinæ Pini,
Ceræ puræ,
Ammoniaci, ana uncias duas.
Terebinth. uncias tres, & dimidiam.
Vini Malvatici q. ſ.
Coquantur ad abſumptionem Vini, tum Ammoniacum Aceto ſolutum adjiciatur.

## EMPLASTRUM GRATIA DEI.

℞ Terebinthinæ, ſelibram.
Reſinæ, libram.

Ceræ

Ceræ citrinæ, uncias quatuor.
Maſtiches, unciam.
Fol. recent. Betonicæ,
Verbenæ,
Pimpinellæ, ana manip. unum.

Tuſæ herbæ in vino rubello macerentur diem integrum, dein coquantur ad mediæ partis vini abſumptionem: in liquore expreſſo ſolvatur Cera, aſſiduè ſpathâ agitando ad liquoris exhalationem; tum Reſina addatur, ut liqueſcat. Ab igne ſublatis Terebinthina permiſceatur; & poſtremò, ubi refrixerint, Maſtiche in pulverem redacta; fiátque ex arte Emplaſtrum.

## EMPLASTRUM GRISEUM DE LAPIDE CALAMINARI.

℞ Lap. Calaminaris præparati, unciam unam.
Lithargyri, uncias duas.
Ceruſſæ, unciam dimidiam.
Tutiæ, drachmam unam.
Terebinthinæ, drachmas ſex.
Ceræ albæ, unciam unam ſemis.
Sevi Cervini, uncias duas.
Thuris electi, drachmas quinque,
Maſtiches, drachmas tres.
Myrrhæ, drachmas duas.
Camphoræ, drachmam unam ſemis.

Liquentur ſimul Terebinthina, Cera, & Sevum: móxque injiciantur pulveres Thuris, Maſtiches, & Myrrhæ; iiſque probè commixtis addantur pulv. Lap. Calaminaris, Lithargyri, Ceruſſæ, & Tutiæ. Demum adhuc calenti indatur Camphora in Spir. Vini tantillo ſoluta. Fiátque Emplaſtrum.

## EMPLASTRUM DE HERMODACTYLIS.

℞ Maſſæ Empl. Diachalciteos, uncias octo.
Picis Burgundicæ liquatæ, & per canapatium trajectæ, uncias quatuor.
Saponis Veneti albi,
Ceræ flavæ novellæ, ana uncias tres.
Butyri Aurantiorum, unciam.
Sem. Cumini,
Hermodactylorum, ana ſeſcunciam.
Fol. Abſinthii, ſiccat.
Flor. Chamæmeli,
Ireos flor. ana ſemunciam.

Pulveranda ſubtiliſſimè pulverentur. Fiátque ex arte Emplaſtrum.

## EMPLASTRUM AD HERNIAM.

℞ Gallarum,
Nucum Cupreſſi,
Malicorii,
Balauſtiorum,
Acaciæ,
Seminum Plantaginis,
Pſyllii,
Naſturtii,
Cupularum Glandium,
Fabarum torrefactarum,

Ariſtolochiæ longæ, & rotundæ.
Myrtillorum, ana unciam dimidiam.

Hæc omnia pulverentur, & in Aceto Roſaceo macerentur per quatriduum; deinde torrefiant, & exiccentur: tum

℞ Conſolidæ majoris, & minoris,
Caudæ equinæ,
Glaſti,
Ceterach,
Rad. Oſmundæ Regalis,
Filicis, ana unciam unam.
Thuris,
Myrrhæ,
Aloës, omiſs.
Maſtiches,
omiſs. Mumiæ, ana uncias duas.
Boli Armenæ in Aceto lotæ,
Lapid. Calaminaris præparati,
Lithargyri Auri,
Sang. Draconis, ana uncias tres.
Picis navalis, libras duas.
Terebinthinæ, uncias ſex, vel q. ſ. ut fiat Emplaſt. ſ. a.

## EMPLASTRUM HYSTERICUM.

℞ Rad. Biſtortæ, libram unam.
Lig. Aloës,
Santali Citrini,
Nucis Moſchatæ,
Acinorum Berberorum,
Antheræ, ana unciam unam.
Cinnamomi,
Caryophyllorum,
Schœnanthûs,
Flor. Chamæmeli, ana ſemunciam.
Thuris,
Maſtiches,
Aliptæ Moſchatæ,
Galliæ Moſchatæ,
Styracis Calamitæ colati, ana drachmam unam.
Moſchi optimi, drachmam dimidiam.
Ceræ Citrinæ, libram unam ſemis.
Terebinthinæ, libram dimidiam.
Moſchelini, uncias quatuor.
Labdani, libras quatuor.
Picis navalis, libras tres

Cerâ cum Pice in Oleo liquatâ, Labdanum & Terebinthina addantur; dein Styrax. Omnibus unitis & refrigeratis permiſceantur pulveres (ſub finem addendo Aliptam & Galliam Moſchatas, ultimóque Moſchum vino aromatico ſolutum) & ſpathâ diligenter agitentur, & ſubigantur, ut F. Emplaſtrum ſ.a.

## EMPLASTRUM DE JANUA, ſive DE BETONICA SIMPLICIUS.

℞ Succi Betonicæ,
Plantaginis,
Apii, ana libram unam.
Ceræ,
Picis navalis,
Reſinæ,
Terebinthinæ, ana ſelibram.

In ſuccis non defæcatis coque

 Ceram

Ceram minutim conciſam, continuè movendo; tum Picem & Reſinam adjiciendo, coque porrò ad humidi ſuperſtitis abſumptionem: demum in Colatura diſſolve Terebinthinam, ſpathulâ ligneâ accuratè agitando, ut fiat Emplaſtrum ſ. a.

### EMPLASTRUM DE MASTICHE.

℞ Maſtiches, uncias tres.
Boli Armenæ, in vino rubro lotæ, ſeſquiunciam.
Roſarum rub. drachmas ſex.
Scobis Eboris,
Bacc. Myrtillorum, ana unciam dimidiam.
Terebinthinæ,
Colophoniæ,
Tacamahacæ,
Labdani, ana uncias duas.
Ceræ flavæ, libram dimidiam.
Olei Myrtillorum, uncias quatuor.

Pulveranda ſeorſim terantur. Dein Cera in Oleo liqueſcat: liquatæ & igni ſubductæ adde Terebinthinam: poſtea Bolus, Roſæ, & Ebur in tenuiſſimum pulverem redacta permiſceantur: tandem Maſtiche accuratè ſubigatur: omniáque in mortario parùm calido gnaviter verſando, F. ſ. a. Emplaſtrum.

### EMPLASTRUM DE MELILOTO SIMPLEX.

℞ Reſinæ puriſſimæ, libras octo.
Ceræ Citrinæ, libras quatuor.
Sevi ovilli, libras duas.

Hiſce liquatis adde Meliloti viridis, minutim conciſæ, libras quinque. Fiat ex arte Emplaſtrum.

### EMPLASTRUM DE MELILOTO COMPOSITUM.

℞ Florum Meliloti, uncias ſex.
Chamæmeli,
Sem. Fœnugræci,
Bacc. Lauri excorticatarum,
Rad. Althææ,
Comar. Abſinthii,
Majoranæ, ana drachmas tres.
Sem. Apii,
Ammeos,
Cardui,
Rad. Ireos,
Cyperi,
Spicæ Nardi,
Caſiæ Ligneæ, ana drachmam unam ſemis.
Gum. Ammoniaci, drachmas decem.
Styracis Calamitæ,
Bdellii, ana drachmas quinque.
Terebinthinæ, ſeſquiunciam.
Pulpæ Ficuum pinguium, numero duodecim.
Sevi Caprini,
Reſinæ, ana uncias duas ſemis.
Ceræ, uncias ſex.
Olei Sampſuchini,
Nardini, ana uncias tres.

Terantur ſuo ordine Radices, Semina, Herbæ, & Flores; dein Cinnamomum, & Styrax, ſed ſeorſim: tum miſceantur omnia. Inte-

Interea macerentur Bdellium & Ammoniacum in Aceto. Mucilagines rad. Althææ & ſem. Fœnugræci extrahantur in decocto Meliloti, & Chamæmeli: iiſque colatis addantur Ficus tuſæ, eodem decocto maceratæ, & per cribrum trajectæ. His ſic apparatis, Cera igne miti liquanda, dein Sevum adjiciendum; pauloque pôſt Reſina pulverata. Quibus eliquatis & ab igne ſemotis, ſimúlque intepeſcentibus, Gummi, in aceto ſoluta, colata, & ad mellaginem cocta, & cum Terebinthinâ mixta, addantur. Dein Pulveres adjiciantur. Denique ubi omnia probè commixta fuerint; contunde diu in mortario cum piſtillo modicè calentibus; addendo interim Oleum Nardinum & Sampſuchinum. F. Emplaſt. ſ. a.

## EMPLASTRUM DE MINIO COMPOSITUM.

℞ Olei Roſacei, ſeſquilibram.
Myrtini,
Ung. Populei, ana uncias quatuor.
Pingued. Gallinæ, uncias duas.
Porcinæ, uncias ſeptem.
Lithargyri Auri,
Argenti, ana uncias ſex.
Ceruſſæ, uncias novem.
Coquantur leni igne, continuè agitando (addendóque identidem Aceti acerrimi aliquantulum, ne nigreſcat) ad conſiſtentiam Emplaſtri durioris; cui adde Sevi Vervecini,
Bubuli, ana ſelibram.
Terebinthinæ,
Minii, ana uncias quatuor.
Ceræ flavæ parùm.
Bulliant iterum tantillùm, Fiátque l. a. Emplaſtrum.

## EMPLASTRUM DE MINIO SIMPLICIUS.

℞ Minii, uncias novem.
Olei Roſarum rub. ſeſquilibram.
Aceti vini albi, uncias ſex.
Coquantur in perfectam Emplaſtri conſiſtentiam.
Paratur etiam ſine Aceto, ſic;
℞ Minii, libram unam.
Olei Roſacei, libram unam ſemis.
Ceræ, libram ſemis.
Fiat Emplaſtrum ſ. a.
Poteſt etiam Cera commodè omitti.

## EMPLASTRUM ΜΗΤΡΟΠΡΟΠΤΩΤΙΚΌΝ.

℞ Maſtiches, unciam unam ſemis.
Galbani purioris, in vino rubro ſoluti & colati, drachmas ſex.
Terebinthinæ Cypriæ, drachmas duas.
Nucum Cupreſſi,
Gallarum, ana drachmam unam ſemis.
Olei Nucis Moſchatæ per expreſſio-

expreſſionem, drachmam unam.
Moſchi, grana duo cum ſemiſſe.
Picis, ex navibus vetuſtis deraſæ, drachmas duas ſemis.
Contundantur leviter Galbanum, Pix, Terebinthina, & Maſtiche cum piſtillo, & mortario calidis, ſub finem miſcendo Oleum Nucis Moſchatæ; tum demum paulatim adjiciantur pulveres, & Moſchus ſuper marmore, cum modico Olei Maſtic. diſſolutus, & poſt exactam miſtionem, fiat Emplaſtrum.

## EMPLASTRUM NERVINUM.

℞ Olei Chamæmelini,
Roſacei, ana uncias duas.
Maſtichini,
Terebinthini,
Lini, ana unciam unam ſemis
Terebinthinæ claræ, uncias quatuor.
Sevi Vituli, caſtrati,
Hircini, ana uncias duas ſemis.
Herbarum Roriſmarini,
Betonicæ,
Caudæ equinæ,
Centaurii minoris, ana manip. unum.
Vermium terreſtrium lotorum, & in vino purgatorum, uncias tres
Summitatum Hyperici, manipulum unum.
Maſtiches pulveratæ,
Gum. Elemi.
Rad. Rubiæ tinctorum, ana drachmas decem.
Picis navalis,
Reſinæ, ana ſeſquiunciam.
Lithargyri Auri,
Argenti, ana uncias duas ſemis.
Minii, uncias duas.
Galbani,
Sagapeni,
Ammoniaci, ana drachmas tres.
Coquantur radices, herbæ, & vermes in vini libra una ſemis ad medias: deinde exprimantur, & expreſſum iterum bulliat cum Oleis, Sevis, Lithargyro, & Minio ad vini abſumptionem: mox adde Gummi in vino odorifero diſſoluta; tum Terebinthinam, poſtremò Reſinam, Picem, & Maſtichen pulverat. & F. Emplaſt. ſ. a.

## EMPLASTRUM NIGRUM.

℞ Ceruſſæ albæ, libram unam.
Olei Sem. Lini, libras duas.
Coque ad debitam conſiſtentiam, ſtrenuè ſpathulâ agitando.

## EMPLASTRUM SINE PARI.

℞ Olibani,
Bdellii,
Styracis gummoſæ, ana drachmas tres.
Ammoniaci,
Galbani, ana ſeſquidrachmam.

Picis

Picis navalis, drachmas ſex.
Medullæ Cervinæ,
Adipis Gallinæ,
Anſeris, ana drachmas duas.
Sulphuris vivi, lacte loti,
Hermodactylorum pulv. ana ſeſquidrachmam.

Solvantur Gummi in Vino albo tenui, & cum Olei Roſati completi partibus duabus, Olei Ovorum parte una, atque Olei Terebinthinæ modico, Fiat Emplaſtrum ſ. a.

## EMPLASTRUM OXYCROCEUM.

℞ Croci, uncias duas cum ſemiſſe.
Picis navalis,
Colophoniæ,
Ceræ Citrinæ, ana uncias quatuor.
Terebinthinæ,
Galbani,
Ammoniaci,
Myrrhæ,
Olibani,
Maſtiches, ana unciam unam, & drachmas tres.

Ceræ liquatæ adde Picem à ſordibus purgatam & colatam, tum Colophoniam: his liquatis, ab igne ſemotis & parum refrigeratis, Galbanum & Ammoniacum, ſeorſim in aceto ſoluta, colata, & ad abſumptionem aceti cocta, & cum Terebinthina ſubacta, immiſcebis. Tum inſperge Thus, Maſtichen, & Myrrham, ſeorſim tenuiſſimè pulverata: poſtremò Crocum ſubtiliſſimè pulveratum; omniáque probè agitando, fiat ex arte Emplaſtrum.

## EMPLASTRUM DE RANIS.

℞ Ranas vivas, numero ſex.
Lumbricorum, in Vino lotorum, uncias tres ſemis.
Olei Chamæmelini,
Anethini,
Spicæ, ſive de Lavendula latifoliâ, deſtillatione extracti,
Liliorum, ana uncias duas.
Laurini, unciam unam ſemis.
Crocini, unciam unam.
Pinguedinis Porci,
Vituli, ana libram unam.
Viperæ, uncias duas ſemis.
Euphorbii, drachmas quinque.
Thuris, drachmas decem.
Succi Rad. Enulæ,
Ebuli, ana uncias duas.
Scœnanthûs,
Stœchados,
Matricariæ cum floribus, ana manipulum unum.
Vini odori, libras duas.
Lithargyri Auri, libram unam.
Terebinthinæ claræ, uncias duas.
Ceræ flavæ, uncias quatuor.
Styracis liquidæ, ſeſcunciam.
Argenti vivi, uncias quatuor.

Coquantur

Coquantur ſimul Ranæ, Lumbrici, & Herbæ, cum Succis, & Oleis Chamæmeli, Anethi, Liliorum, Axungiâ, Pinguedine, & ſeſquilibra Vini. Colaturæ adde Lithargyrum, Ceram minutim inciſam, & Vini libram dimidiam reſiduam. Coquantur iterum ad Vini totius abſumptionem, & dum digitis non adhereat. Tum adjice Oleum Crocinum, Laurinum, de Spica, & Adipem Viperæ: Poſtea pulverem Thuris & Euphorbii: poſtremò Maſſæ fere frigefactæ adde Argentum vivum cum Styrace & Terebinthina probè commixtum: omniáque ſpathulâ aſſiduè agitando, optimè ſubigantur.

## EMPLASTRUM SACRUM, ſive DIADICTAMNUM GALENI.

℞ Olei veteris, libras duas ſemis.
Lythargyri, libram unam cum unciæ ſemiſſe.
Æruginis, unciam.
Squamæ æris, drachmas ſex.
Colophoniæ, uncias ſex & drachmas duas.
Pollinis Thuris, ſeſcunciam.
Ammoniaci, uncias duas.
Æris uſti, unciam.
Diphrygis,
Rad. Gentianæ, ana drachmas ſex.
Propoleos,
Aloës, ana unciam.
Galbani, ſeſquiunciam.
Ariſtolochiæ rot.
Dictamni Cretici, ana drachmas decem.
Ceræ, uncias tres.

Lithargyrum cum Oleo coque tantiſper, donec probè coierint, continuè agitando: additiſque ærugine & ſquamâ æris, ferveant aliquantulum. Exemptis ab igne, dum adhuc bulliunt, immitte Reſinam & Ammoniacum in aceto ſolutum. Agita, donec deferbuerint. Tum adde Ceram & Æs uſtum. Rurſus coquantur; & cùm non inquinant manus, amove ab igne, & adde reliqua tenuiſſimè trita; diligenter agitando, ut fiat lege artis Emplaſtrum.

## EMPLASTRUM DE SANDYCE.

℞ Olei ex pedibus vervecinis, aut bubulis,
Lini, ana libram unam.
Plumbi albi,
Minii, ana uncias octo.
Reſinæ,
Ceræ flavæ, ana uncias quatuor.
Camphoræ, ſemunciam.
M. Fiat Emplaſtrum ſ. a.

## EMPLASTRUM DE SAPONE.

℞ Olei communis, libras duas.
Minii, libram unam.

Foco impoſita diu ſedulóque agitentur, donec optimè commixta fuerint. Tum demptis ab igne, &

& etiamnum calentibus immiſce
Saponis Veneti, in tenues lamellas inciſi, ſelibram.
F. ſ. a. Emplaſtrum.

## EMPLASTRUM SICYONIUM.

℞ Radic. Cucumeris Aſinini, uncias tres.
Sulphuris vivi,
Sem. Cymini, ana uncias duas.
Euphorbii, unciam unam ſemis.
Fiat omnium pulvis ſubtiliſſimus, qui leni igne incorporetur cum Picis Burgund. unciis viginti octo, ſpathâ jugiter agitando: ſub finem adde Unguenti de Artanita uncias tres. F. Emplaſt. ut artis eſt.

## SPARADRAPUM PRO FONTICULIS.

℞ Ceræ flavæ, libram dimidiam.
Terebinthinæ,
Minii, ana uncias quatuor.
Cinnabaris.
Rad. Iridis Flor. ana unciam.
Moſchi, grana quatuor.
Liqueſcant ſimul Cera & Terebinthina: tum adjiciantur pulveres, Olei communis momento ſubacti, quò feliciùs miſceantur; inter quos Cinnabaris & Minium ſubtiliſſimè terantur. Diu validéque agita. Demum adde Moſchum aquâ Roſaceâ ſolutum. Dum adhuc fervent, immerge Telam lineam parùm attritam, ut Fiat Sparadrapum.

## SPARADRAP, SEU TELA GALTERI.

℞ Olei Roſacei, libram ſemis.
Sevi Arietini, uncias quatuor.
Ceræ, uncias decem.
Lithargyri,
Reſinæ Pini,
Thuris,
Maſtiches, ana uncias duas.
Boli Armenæ,
Farinæ volatilis, ana unciam unam.
Liqueſcant ſimul Oleum, Sevum, & Cera; liquatis Lithargyrus ſubtiliſſimè tritus commiſceatur, nutriatur, & inter coquendum ſpathâ aſſiduè agitetur. Tum addantur reliqui pulveres, adeóque ſubigantur, ut fiat Emplaſtrum; in quod adhuc liquatum, & calidum Tela vetuſtior immergatur.

## EMPLASTRUM ΣΤΕΦΑΝΙΑΙ'ΟΝ.

℞ Labdani, ſemunciam.
Styracis Calamitæ colati,
Gum. Juniperi, ana drachmas duas.
Succini,
Terebinth. Cypriæ, ana drachmam unam.
Corallii rubri,
Maſtiches, ana ſemidrachmam.
Florum Salviæ,
Roſarum rub.
Rad. Iridis florent. ana ſcrupulum unum.

Reſinæ

Reſinæ aq. Roſacea lotæ, ſemunciam.

Reſina, Labdanum, Gum. Juniperi, & Terebinthina in mortario calido leviter contundantur ſ. a. cum piſtillo calido (vini rubri guttas aliquot adſpergendo) donec coaluiſſe videantur: Tum demum pulveres viciſſim immittantur, ut diligenti agitatione continuè factâ, ex omnibus exactè miſtis fiat Emplaſtrum.

## EMPLASTRUM STICTICUM.

℞ Olei Olivar. uncias ſex.
Ceræ flavæ, unciam unam ſemis.
Lithargyri triti, uncias quatuor ſemis.
Ammoniaci,
Bdellii, ana unciam dimidiam.
Galbani, ℥j.
Opopanacis,
Olei Laurini,
Lap. Calaminaris,
Ariſtolochiæ utriuſque,
Myrrhæ,
Thuris, ana drachmas duas.
Terebinthinæ puræ, unciam unam.

Oleum, & Lithargyrus ſimul coquantur, & nutriantur, ſpathulâ ligneâ aſſiduè agitando, dum digitis non adhæreant; deinde Maſſâ ab igne remotâ liquetur Cera; mox adjiciatur Terebinthina cum Gummi mixta: Pòſt addantur Pulveres; Et ubi omnia refrixerint, indatur Thus, ac tandem Oleum Laurinum, ut F. Emplaſt. ſecundùm artem.

## EMPLASTRUM STOMACHICUM MAGISTRALE.

℞ Menthæ,
Abſinthii,
Stœchados,
Fol. Lauri, ana drachmam unam.
Majoranæ,
Roſarum rubrarum,
Santali Citrini, ana drachmas duas.
Calami aromatici,
Ligni Aloës,
Flor. Lavendulæ,
Nucis Moſchatæ,
Cubebarum,
Galangæ,
Piperis longi,
Macis, ana drachmam unam.
Maſtiches, drachmas tres.
Caryophyllorum, drachmas duas ſemis.
Olei Menthæ, ſeſquiunciam.
Nardini, unciam unam.
Spicæ, drachmam unam.
Reſinæ,
Ceræ, ana uncias quatuor.
Labdani, uncias tres.
Styracis Colati, unciam ſemis.

F. Emplaſtrum ſ. a.

EMPLASTRUM TONSORIS.

℞ Picis ſiccæ, libras duas.
Ceræ, libram unam.
Reſinæ Pini, libram ſemis.
Farinæ Fœnugræci,
Pollinis Radicis Chamæleontis nigri, vel Bryoniæ, ana uncias quatuor.
Sem. Cumini tenuiſſimè triti, uncias duas.
F. Emplaſt. ſ. a.

# OLEA CHYMICA, ALII'QUE LIQUORES CHYMICI.

## OLEA ex HERBIS & FLORIBUS.

### OLEUM ABSINTHII.

℞ Abſinthii ſicci libram unam; aquæ fontanæ, libras viginti. Macerentur horas viginti quatuor; & fiat deſtillatio per Alembicum magnum, cum ſuo Refrigeratorio; vel per Veſicam cupream, cum ſuo operculo, & roſtro oblongo in ſpiras convoluto, per aquam frigidam tranſeunte. Oleum, cum Aqua extractum, ſeparetur per Infundibulum, vel Vitrum, ſeperatorium dictum. Aqua, ab Oleo ſeparata, ſervetur ad novam deſtillationem.

Si (in hac liquoris quantitatate deſtillandâ) duæ tréſve libræ Aquæ, in prima deſtillatione primò prodeuntis, ſerventur ad uſum Medicum; non abs re erit, cùm in hujus, tum in cæterorum Oleorum Chymicorum, quæ cum aqua extrahuntur, deſtillatione.

Eodem modo parantur

*Ol. Herb. Hyſſopi,*
*Majoranæ,*
*Menthæ,*
*Naſturtii hortenſis,*
*Origani,*
*Pulegii,*
*Roriſmarini,*
*Rutæ,*
*Sabinæ,*
*Salviæ,*
*Satureiæ,*
*Thymi*, &c.
*Flor. Chamæmeli,*
*Lavendulæ,*

Et ex aliis omnibus Herbis & Floribus calidis.

Eodem modo parantur etiam

## OLEA ex CORTICIBUS ſiccis.

*Aurantiorum,*
*Citri,*
*Limonum.*

Sed & ex prædictis corticibus recentibus & ſucculentis, ab albâ

albâ parte interiore ſeparatis, contuſis, & cum aquæ ſimplicis quantitate ſufficienti deſtillatis, promptiùs & majori copiâ, atque ad uſum Medicum non minùs commoda Olea deſtillari poſſunt.

## OLEUM ſeu PINGUEDO ROSARUM, vulgò SPIRITUS ROSARUM.

℞ Roſarum pallidarum ſeu Damaſcenarum recentium q. v. infundantur horas viginti quatuor in aquæ tepidæ q. ſ. Poſt colaturam cum expreſſione, repetatur aliquot vicibus infuſio novarum roſarum, & expreſſio: donec liquor impensè ſatur & imprægnatus evaſerit; qui deſtilletur per Alembicum cum Refrigeratorio, vel per Veſicam, ut ſuprà. Spiritu Aquæ innatante ſeparato, adhibeatur Aqua ad novam infuſionem.

Ejuſmodi Spiritus parari poteſt ex Roſis pallidis cum ſale condîtis & repoſitis: quæ cum aquæ ſimplicis, vel aquæ Roſarum ſ. q. deſtillandæ, ſ. a

Eiſdem modis, cum Roſis rubris, parari poteſt *Oleum* ſeu *Spiritus Roſarum rubrarum.*

# OLEA ex SEMINIBUS.

## OLEUM ex SEMINE ANETHI.

℞ Sem. Anethi contuſorum libras duas: Aquæ fontanæ libras viginti: Macerentur viginti quatuor horas, deinde deſtillentur per Veſicam, ſeu per Alembicum cum ſuo Refrigeratorio. Oleo, cum Aqua extracto, per infundibulum ſeparato, Aquam adhibe ad novam deſtillationem.

Eodem modo patantur

*Ol. ex Sem. Aniſi,*
*Carui,*
*Cymini,*
*Dauci,*
*Fœniculi,*
*Petroſelini,*
*Saxifragiæ,* &c.

Eodem modo parantur etiam

# OLEA ex AROMATIBUS, ut ê

*Cinnamomo,*
*Caryophyllis,*
*Macere,*
*Nuce Moſchatâ,*
*Pipere.* &c

Quæ non ſunt, in eum finem, in pulverem redigenda; ſed ſolùm fruſtatim confringenda, parúmque contundenda.

## OLEA ex LIGNIS AROMATICIS,

ut ex

*Lign. Saſſafras,*
*Rhodio*, &c.

## OLEA ex BACCIS.

### OLEUM EX BACCIS JUNIPERI.

℞ Baccarum Juniperi recentium libras quinquaginta: contundantur & indantur vaſi ligneo, cum aquæ font. libris viginti quatuor, & fermenti acrioris librâ unâ. Reponantur in Cellâ (vaſe bene obturato) trimeſtri ſpatio; deinde deſtillentur per Alembicum, vel Veſicam, cum aquæ ſimplicis ſufficienti quantitate. Poſt ſeparationem Olei, ſervetur Aqua ad novam deſtillationem.

Eodem modo fit
*Ol. ex baccis Lauri,*
*Hederæ*, &c.

Vel extrahi poſſunt Olea ex prædictis baccis contuſis, in aqua tepida (ſumendo ad ſingulas baccarum libras, aquæ libras ſex; vel, ſi ſicciores fuerint baccæ, aquæ libras decem) diem integrum maceratis, & per Veſicam, ſeu Alembicum deſtillatis.

### OLEUM TEREBINTHINÆ.

℞ Terebinthinæ Venetæ q. v. Aquæ communis quadruplum; indantur Alembico, ſeu Veſicæ cupreæ, cum ſuo Refrigeratorio, ſubdito igne convenienti: ſic exſtillabit Oleum tenuè & album, inſtar aquæ; & remanebit in fundo vaſis Colophonia. Oleum iſtud album, commodè, & ſecuriùs ab empyreumate, extrahi poteſt in B. M. cum Cucurbita & Capitello vitreis.

### OLEUM MYRRHÆ.

℞ Myrrhæ contuſæ, ſalis nigri, ana libras ſex: diſſolvantur in aquæ fontanæ libris ſexaginta; & deſtillentur per Alembicum, ſeu per Veſicam, ſ. a.

### OLEUM GUAJACI.

℞ Ligni Guajaci in craſſum pulverem redacti q. v. indatur Retortæ, & deſtilletur in Arena. Oleum, quod priùs exſtillat, utpote tenuius & ſuavius, ſeorſim ſervandum: quod, cum multa aqua f. rectificando, adhuc magis gratum reddi debet; ſeparata priùs *Aquâ* ſeu *ſpiritu Acido Guajaci*, inter deſtillandum primùm

exeunte:

exeunte: qui etiam (à phlegmate, lentiſſimo balnei calore rectificatus) ſervandus ad uſum.

Eadem omnia obſervanda in deſtillatione

*Olei è Buxo,*

*Quercu,*

& aliis Lignis ſolidioribus: atque etiam in deſtillando

*Oleo Tartari*, cum

*Spiritu Acido* ejuſdem: quorum utrumque magis purum & gratum, ex *Cryſtallis Tartari* eodem modo deſtillatis, habetur.

## OLEUM CERÆ.

Ceræ flavæ liquatæ libræ uni, admiſceantur pulveris tegularum libræ tres: indantur in Retortam; & extrahatur Oleum, in arena; quod cum aqua copioſa rectificetur. Vel adde Oleo jam deſtillato, novæ Ceræ minutim inciſæ duplum: fiâtque denuo per Retortam, leni cinerum igne, deſtillatio.

Eodem modo deſtillantur *Olea ex Pinguedinibus*; necnon ex *Gummi*, & *Reſinis*, quæ in pulveres redigi non poſſunt; cujuſmodi ſunt

*Ammoniacum,*

*Caranna,*

*Opopanax,*

*Sagapenum,*

*Styrax liquida,*

*Tacamahaca,* &c.

## OLEUM LATERICIUM PHILOSOPHORUM.

Laterum confractorum fruſta, ad fabæ, vel ovi Columbini magnitudinem, in Crucibulo ignita, tota excandeſcant; exempta, exſtinguantur Oleo claro veteri (in quo maneant, donec planè refrixerint;) inde exempta terantur tenuiſſimè. Pulvis in vitream injiciatur Retortam, fornaci ritè adaptandam (Recipiente convenienti debitè adaptato) &, adhibito aperto igne per gradus, deſtilletur. Oleum inde elicitum, in Phiala diligenter obturatâ recondatur.

## OLEUM SUCCINI.

℞ Succini flavi partem unam, pulveris ſilicum calcinatorum, vel farinæ tegularum partes duas: miſceantur, ingerantur in Retortam, & deſtillentur in Arena. Oleum album & clarum, quod priùs exſtillat, ſeorſim ſervetur; continuatâ interim deſtillatione, quamdiu quicquam Olei ſtillaverit. Poſtea, utrumque Oleum ſeorſim cum aqua copioſa rectificetur.

*Sal Succini*, quod collo retortæ interiùs adhæreſcit, collectus; ac

ac Solutione, Filtratione & Coagulatione ſ. a. repurgatus, ſervetur ad uſum.

Eodem modo deſtillatur *Oleum ex Gagate*; atque ex *Gummi*, & *Reſinis*, quæ in pulverem reduci poſſunt, ut ex

*Benzoino*,
*Maſtiche*,
*Thure*, &c.

## OLEUM ſeu BUTYRUM ANTIMONII.

℞ Antimonii crudi, Mercurii ſublimati, ana libram unam: fiat pulvis, indendus Retortæ vitreæ, cujus collum ſit amplum: detur ignis per gradus in reverberatorio clauſo; vel fiat deſtillatio in Arena. Stillabit in vas recipiens Pinguedo; cujus pars, collo retortæ adhærens, ſuppoſito levi igne, liquetur. Iſta pinguedo rectificetur in Retortula; &, vel ſervari poteſt hoc Coagulum; vel, apertâ phialâ, in Cella ſive loco humido relictum, in Oleum ſeu liquorem ſolvi; qui poſtea diligenter aſſervandus, vaſe probè obturato.

## OLEUM ARSENICI.

Cryſtallinum Arſenicum (priùs ſublimatum cum ſolo Colcothare) commiſce cum æquali pondere ſalis Tartari & ſalis Petræ: & inter urceolos duos (quorum ſuperior ſit perforatus) calcinentur, donec nullus fumus aſcenderit. Materiam ſic calcinatam in aqua calida ſolves, ut indè ſalem extrahere poſſis. Pulverem, qui ſubſiderit, imbibe liquore Tartari, & exicca ad ignem, ídque ter facias. Rurſus materiam in calidâ diſſolve, ut ſalem eximas; & remanebit pulvis candidiſſimus, & fixus; qui in loco humido ſolvetur in materiam liquidam, Olei ſeu Butyri inſtar.

## OLEUM SALIS.

℞ Salis nigri Gallici, vel Hiſpanici q. v. ſolvatur in aqua ſimplici & filtretur: huic Muriæ admiſce, in vaſe cupreo, farinæ tegularum ſive laterum duplum vel triplum ad pondus ſalis ante ſolutionem, & ſuper accenſas prunas exhalet aqua (continenter agitando) ad omnimodam ſiccitatem. Tum indatur pulvis retortæ vitreæ, luto probè munitæ, in fornacem imponendæ (Recipiente capaci ſ. a. adaptato) ubi ſuppoſito, & per gradus ad ſummum uſque aucto igne aperto, habebis Oleum ſeu ſpiritum Salis acidum in recipiente. Iſte liquor retortulæ inditus, in arena, ſeparato phlegmate, rectificetur ſ. a. Et poſtea in vaſe optimè clauſo, nè vim aëris ſentiat, ſervetur ad uſum.

OLEUM

## OLEUM SULPHURIS.

Paratur, per copioſi Sulphuris ſub Campana vitrea capaci accenſionem & abſumptionem; unde ſpiritus acidi, ex accenſo ſulphure evolantes, & ad Campanæ latera impingentes, in liquorem abeunt, ac defluunt in modum Aquæ, ſeu Olei. Artificia, ad commodam Sulphuris & Campanæ diſpoſitionem, & alia ad hujus operationis commoditatem ſpectantia, Artificis ingenio relinquimus.

## OLEUM VITRIOLI.

℞ Vitrioli Ungarici, vel etiam Anglici optimi q. v. Liquetur in vaſe fictili, non vitreato, ſubtus accenſis prunis; exhalet omnis humiditas, continuè agitando, & ſic tandem reducatur in pulverem flavum: qui indatur retortæ fictili ignis patienti, in fornace apertâ collocandæ. Detur ignis per gradus ad ſummum uſque per triduum, donec Recipiens, tumultuantibus fumis antea obſcurum, clarum evaſerit. Liquor ſtillatitius Retortulæ indatur, ut in arena, phlegmate ſeparato, rectificari ſ. a. & ſeorſim ſervari poſſit validiſſimum & valdè ponderoſum Oleum.

## AQUA FORTIS.

℞ Vitrioli, ut pro Oleo Vitrioli, præparati, libras duas; Salis petræ repurgati libram unam. Tere ſimul, & in Retortam optimo luto loricatam impone, & colloca in Fornacem; ibique, appoſito Recipiente amplo, ſuppoſitóque igne aperto, deſtilla per gradus, ſpatio viginti quatuor horarum. Aqua exempta, in Retortulam infuſa, rectificetur in Arena.

## AQUA MELLIS.

℞ Mellis puriſſimi libras quatuor, Arenæ ſicciſſimæ libras duas. Ponantur in Cucurbitam adeò capacem, ut materia quintam duntaxat vaſis partem occupet; atque in Balneo, Phlegma; in Cineribus, paulò intenſiori gradu ignis, Aqua acida flava proliciatur.

## AQUA TARTAREA.

℞ Vitrioli, ad albedinem calcinati, libras duas.
Tartari albiſſimi, libram.

Fiat Pulvis, commiſcendus, & per Retortam deſtillandus. Aquam, ab Oleo ſeparatam, rectifica.

LIQUOR

## LIQUOR ſeu LIQUAMEN TARTARI, ſeu OLEUM TARTARI PER DELIQUIUM.

℞ Tartari Vini albi, ad albedinem calcinati ſ. a. q. v. Ponatur in Manicam Hippocratis, quæ ſuſpendatur in Cella humidiore, ut ſolvatur Tartarum, ſuppoſito Recipiente convenienti. Reſiduum, quod manicæ, poſt ſolutionem, adhæſerit, diſſolvatur in aqua communi; deinde filtretur; poſteáque evaporetur, quoad incipiat aſſimilari Alumini; quod aëri humido expoſitum, in ejuſdem generis Oleum, cum priori, per deliquium diſſolvi poteſt.

Huic affine, ratione præparationis (licèt Medicamentum Chymicum non ſit) eſt

## OLEUM MYRRHÆ PER DELIQUIUM.

Aliquot Ovis Gallinaceis ad duritiem coctis, & per mediam longitudinem inciſis, vitelli eximantur: tum albuminum cavitates Myrrhâ tritâ ad medietatem impleantur, & denuo conjungantur eorundem partes, filóque leviter conſtringantur; craticulæ inter duas paropſides collocatæ ſuperponantur, & in loco ſubterraneo humido reponantur: ſic Myrrhæ liquatus humor in paropſidem inferiorem deſtillabit.

## SPIRITUS TARTARI.

℞ Tartari puri Cryſtallati, libras quatuor. Deſtilla in Retorta cum Recipiente amplo, igne gradatim aucto, donec fumi penitus ceſſaverint. Prodibunt Phlegma, Spiritus, Oleum flavum & nigrum: quo poſtremo ſeparato, liquor reliquus, cucurbitæ vitreæ inditus, calore arenæ bis térve rectificetur; abſtrahendo quaque vice partem duntaxat tertiam. Ex Massa residua fit per Calcinationem Sal Tartari: unde etiam potest fieri Oleum Tartari per deliquium.

MEDI-

# MEDICAMENTA CHYMICE PRÆPARATA, QUÆ FREQUENTIORI SUNT IN USU.

## ANTIMONIUM CUM NITRO CALCINATUM.

℞ Antimonii optimi, partem unam; Nitri puriſſimi, partes duas; teratur Antimonium; mox, addito Nitro, ſimul redigantur in pulverem; qui in Crucibulo comburatur: quod commodiſſimè fit, ſi prædictus pulvis, ſenſim, ſeu per vices, cum cochleari, vel ejuſmodi inſtrumento commodo, in Crucibulum candens injiciatur. Exempta materia iterum teratur; cum eâdem Nitri quantitate, quâ priùs, miſceatur; & Crucibulo ſuper accenſas prunas collocando indatur; cui, quamprimùm caleſit, injiciatur pruna viva, & accendatur, interim ſtylo ferreo agitando, ut ex æquo undiquaque conflagrare poſſit; & recentes prunas injiciendo, quamdiu accenſionem novam conceperit. Tandem, exempta, & in pulverem redacta materia, & aquâ deſtillatâ, vel aliâ purâ abluta, ſervetur ad uſum.

## TINCTURA ANTIMONII.

℞ Antimonii opt.
Salis Tartari, ana ~~quantum volueris.~~

Liquentur in Crucibulo candenti dimidiæ horæ ſpatio. Dein exempta materia à fæcibus liberata, & rubeſcens, redigatur in pulverem; cui affundatur Spir. Vini opt. q. ſ. ad digitorum trium quatuórve ſupereminentiam. Macerentur aliquandiu ſimul, ad Tincturæ extractionem; evaporando Spiritûs Vini partem ſuperfluam.

## BEZOARTICUM MINERALE.

℞ Butyri Antimonii rectificati, uncias tres. Affunde guttatim Spiritus Nitri tantundem. Abſtrahe calore arenæ; & re-

affunde, addendo ejuſdem Spiritûs unciam: iterúmque evaporet; repetendo eandem operam ter quatérve. Materia remanens trita calcinetur in Crucibulo per horam: dein edulcetur, abluendo, & deſuper accendendo, tertiò quartóve, Spiritum Vini.

## CHALYBS PRÆPARATUS. cum aceto

℞ Limaturæ Chalybis per Magnetem à ſordibus repurgatæ q. v. Humectetur duodecies aut ſæpius Aceto Vini albi acerrimo; & ſiccetur ad Solem, vel in aëre ſicco ac tepido; tum teratur in mortario ferreo; tandem in porphyrite vel lapide duriore, affusâ paucâ aquâ Cinnamomi, lævigando, reducatur in pulverem impalpabilem, & ſervetur ad uſum.

cum Sulphure. Poterit etiam Chalybs candens Magdaleoni Sulphuris admoveri, ut liqueſcat, & guttulatim in aquam ſuppoſitam decidat: qui exiccatus & tritus ſervetur uſui.

## CRYSTALLI TARTARI.

℞ Tartari vini albi, aut Rhenani q. v. redigatur in pulverem craſſiuſculum, qui abluatur aliquoties aquâ limpidâ frigidâ, ad eluendas ſordes. Poſtea coquatur in aquæ fontanæ q. ſ. &, poſt ſpumæ detractionem, liquor adhuc fervens agatur per chartam emporeticam, in vas vitreum calefactum, nè frangatur: tum ſinantur omnia lentè refrigeſcere, & collocentur in cella ſubterranea, vel loco frigido convenienti, ut Cryſtalli ad vaſis latera concreſcant; quæ exemptæ, aquâ puriſſimâ ablutæ, ſuper chartam bibulam extenſæ, & exiccatæ, ſerventur ad uſum.

## CROCUS MARTIS APERITIVUS.

Laminæ Ferri, vel Chalybis candentes aut ſcintillantes tangantur Magdaleone vel fruſto magno Sulphuris, ſubjectâ pelvi aquâ plenâ, ut Metallum fluat, inſtar ceræ, decidátque granulatim in aquam; quod à Sulphure ſeparatum, teratur in mortario ferreo in pulverem ſubtiliſſimum. Extendatur pulvis in quadratis conchis fictilibus, quæ tranſverſum digitum altitudine non ſuperent: ponantur ad flammam Reverberii, quæ valido flamine materiam lambat, per tres vel quatuor dies; quod commodiſſimè fiet in fornace vitrariorum: materia inſtar ſpongiæ elevabitur rubicundiſſima; cujus ſuperficies inſtrumento ferreo lato colligatur: reliquum (ut ſuprà) ignis flammâ urgeatur, donec totum metallum abierit in pollinem tenuiſſimum, inſtar farinæ

farinæ volatilis. Poterit etiam parari in igne Reverberii ſine Sulphure.

## CROCUS MARTIS ADSTRINGENS.

Limaturam Chalybis igne acerrimo eouſque reverbera, donec elevetur in Crocum leviſſimum, & rubicundiſſimum.

## CROCUS METALLORUM.

℞ Antimonii per longas venas ſcintillantis, Salis Petræ puriſſimi, ana partes æquales: reducantur in pulverem ſeorſim, mox commiſceantur: tum injiciatur hæc mixtura ſenſim in Crucibulum candens, cum cochleari, vel alio quovis inſtrumento commodo; & cùm univerſa jam deflagraverit, ac ſtridor ceſſaverit, amoveatur ab igne, ut quamprimùm refrigeſcat: tandem, confracto vaſe, materia metallina fuſcè rubens ſeparetur à cruſta albicante, & ſervetur ad uſum.

## FLORES SULPHURIS.

℞ Sulphuris flavi in fruſta conquaſſati, libram. Immitte Cucurbitæ vitreæ bene lutatæ; pone in arenam; &, appoſito Alembico vitreo, ſublima igne primùm miti, poſtea validiore. Flores in Capitellum elevati pede leporino deturbentur, & colligantur.

## FLORES SALIS ARMONIACI.

℞ Salis Armoniaci, libram.
Limaturæ ferri, uncias decem.
Trita ſimul & mixta deſtillentur in Retorta colli amplioris, igne Reverberii per gradus aucto. Vaſe refrigerato, collige Flores ſublimatos, in vitro ſervandos.

## FLORES BENZOINI.

℞ Benzoini pulverati, libram.
Spiritus Vini opt. uncias novem.
Deſtilla per Retortam in arena. Spiritum ſeorſim primò ſepara: Butyri partem primam & albidiorem ſolve in aqua fervente, & ſubitò per chartam cola; Flores mox inde coagulabuntur.

## LAPIS INFERNALIS, ſive SEPTICUS.

Lixivium, ex quo ſapo niger conficitur, ſartagine exceptum, in lapidem coquatur: cavendo tamen, nè omnis humor abſumatur, & areſcat. Cùm refrixerit, in formam teſſerarum ſcindatur, & in vitro rectè obturato ſervetur.

*Aliter.*

℞ Vitrioli, ad rubedinem calcinati, uncias duas.
Salis Armoniaci, unciam unam.

Tartari ad albedinem calcinati.
Calcis vivæ, ana uncias tres.
Tritis affundatur Lixivium Ficulneum, Tithymallinum, vel Saponis, ſæpiúſque tranſcoletur, donec materia, ferè tota, diſſolvatur. Colatura coquatur in vaſe æneo ad humiditatis abſumptionem: quod relinquitur, in vitro probè obturato ſervetur ad uſum.

## TINCTURA SALIS TARTARI.

℞ Salis Tartari defæcatiſſimi, uncias ſex. Fundatur in Crucibulo, donec colorem ~~ſubviridem~~ acquiſierit: tum eidem, dum etiamnum calet, pulverato, & matracio firmo colli oblongi indito, affunde Spiritum Vini rectificatum, ut tribus quatuórve digitis tranſverſis ſuperſtet: digeratur in furno arenæ, calore ſatis intenſo, per plures dies, ad Tincturæ eductionem.

## SPIRITUS SALIS ARMONIACI.

℞ Tartari cum Nitro calcinati, & Salis Armoniaci, ana libras tres. Seorſim pulverata, & commixta, indantur Cucurbitæ amplæ, affundendo aquæ font. libras ſex, vel octo: tum deſtillentur in furno arenæ; Spiritúſque purus leni calore aſcendet. Hunc Spiritum ſi Cucurbitâ altiore rectifices, Sal volatilis puriſſimus in Alembicum ſublimabitur.

## SPIRITUS FULIGINIS.

℞ Fuliginis è lignis combuſtis ponderoſæ, & picis inſtar cum nigredine ſplendeſcentis, quantum Retortæ terreæ ultra medietatem implendæ ſuffecerit. Tum Recipiente amplo adaptato, fiat deſtillatio igne reverberii, gradatim ad mediocritatem aucto. Aſcendent brevi Spiritus in fumo albicante, dein Oleum flavum, cum ſale volatili; ac demum Oleum nigricans. Sal ſeorſim colligatur; idémque, rectificando in Cucurbita altiore, depuratus ſervetur uſui. Liquor reliquus, ab Oleo nigro filtratione ſeparatus, rectificetur, deſtillando in B. M. aut arenæ, bis vel ter.

